TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. J_MSS_0384

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

<u>Collocazione:</u>

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

384
3/eh

(inediti)

Statuti antichi
a) di Brugnera
b) di Prata

Trascrizione del Vinc.° Joppi

ANNO III.°

TIPOGRAFIA EDITRICE
DOMENICO DEL BIANCO
già PATRIA DEL FRIULI
1891.

Statuta Brugnarie.

Nobiles Domini de Purcillis statuerunt et statuunt atque ordinant subscripta Statuta per suos subiectos Brugnerie et districtus conservari et illis favere.

In primis illi Nobiles statuunt et ordinant quod si quis homo personam aliquam percusserit cum cutello, ense, lancea seu aliquo gladio vel etiam cum baculo, lapide seu alio instrumento, ex qua percussione ipsa persona morti incumbat, ipse homo percutiens constitutus in fortia Potestatis Brugnerie vita privetur iuxta genus sui delicti et bonis iuxta voluntatem ipsorum Nobilium et dispositionem que est inter se et extra forciam bannitur iuxta genus delicti.

Item statuunt quod si quis homo personam aliquam percusserit cum cutello, ense, lancea seu alio gladio cum effusione sanguinis, unde ipsa persona non morietur, idem homo percutiens ipso facto incurrat bannum XXV librarum parvorum et satisfacere teneatur interesse persone passe.

Item statuunt quod si quis homo percusserit personam aliquam cum baculo, lapide, pugillo vel alio instrumento cum sanguine effusione, ipso facto ipse homo percutiens incurrat bannum X librarum parvorum et teneatur interesse satisfacere persone passe.

Item si quis homo invaserit aliquam personam in eius domo vel sibi forciam fecerit, secundum Statutum Tarvisii puniatur vel consilium sapientum iuxta arbitrium Dominorum.

Item si quis homo invaserit personam aliquam in locis publicis cum cutello evaginato vel ense seu lancea sub manu vel supra manum cum motu sine percussione vel effusione sanguinis, eo facto incurrat bannum centum solidorum denariorum parvorum.

Item siquis homo invaserit aliquam personam cum baculo vel lapide seu alio instrumento ipsam percutiendo, eo facto etiam incurrat bannum centum solidorum parvorum, et si invaserit sine aliquo instrumento ipsam personam tantum cum manibus premendo, decapillando, alapam dando, eo facto incurrat bannum sexaginta solidorum.

Item siquis homo verba alicuius iniurie palam dixerit alicui persone animo iniquo seu dementitus fuerit ipsam, eo facto incurrat bannum XXV solidorum parvorum.

Item si quis homo blasfemaverit Deum vel Sanctos, eo facto incurrat bannum XXV solidorum parvorum applicandum fabrice Ecclesie sancti Nicolai de Brugneria vel ter in Liquencia submergatur, et quilibet possit accusare cum sacramento.

Item siquis consenserit alicui delicto et persuaserit, idem puniatur in arbitrio Potestatis et Consulum Terre Brugnerie secundum Statuta Tarvisii vel alterius loci iuxta voluntatem Dominorum.

Item siquis furtum fecerit infra summam XX solidorum parvorum et sit infamis alterius furtis (xi), per longum Terre Brugnerie ter verberibus cruicietur siquidem furtum fecerit primum et secundum ~~et tertium~~ infra summam centum solidorum bulletur in fronte, si autem fecerit furtum primum, secundum et tertium et ultra vel infra summam centum solidorum parvorum et sit infamis latrocinii, laqueo suspendatur infra celum et terram, taliter quod mortem absorbat.

Item si quis homo vel mulier incidet in alienis clausuris vitem vel lignum aliquod, eo facto incurrat bannum XXV solidorum parvorum et satisfacere teneatur de interesse et quilibet sit accusator cum sacramento.

~~leggasi alterius furtis~~
Nella copia leggesi = alterius furtis =

Item quod nullus homo vel mulier per supra sepes vel aliunde ingrediatur ortum alterius in banno centum solidorum parvorum, et ingrediens teneatur satisfacere interesse et quilibet sit accusator cum sacramento.

Item si quis homo dederit dampna in alicuis possessionibus et tenutis ubi bannum sit proclamatum, cum bestiis vel secando seu alterius, eo facto incurrat bannum XXV solidorum parvorum et satisfacere teneatur dampnum et quilibet sit accusator cum sacramento.

Item si quis homo moverit, levaverit et abstulerit in flumine Liquentie in dicto districtu retias, nasses, cistos seu alia instrumenta piscabilia, eo facto incurrat bannum XXV solidorum parvorum et satisfacere teneatur dampnum datum et quilibet possit accusare cum sacramento.

Item quod nullus homo vel mulier in die vel nocte transeat per supra aliquod fortilitium Brugnarie, et si transiverit, eo facto, incurrat bannum XXV solidorum parvorum et quilibet possit accusare cum sacramento.

Item quod nullus homo vel persona transeat in nocte per Liquentiam cum lembo et si transiverit incurrat bannum XXV solidorum parvorum, et quilibet possit accusare cum sacramento.

Item quod nullus homo vel mulier moveat vel accipiat de spaldis, spinatis seu aliis fortilitiis Terre Brugnarie, et si acceperit, eo facto incurrat bannum XXV solidorum parvorum, et quilibet sit accusator cum sacramento.

Item quod nullus ludat extra fines cum taxillis vel gafanellis seu aliter pro denariis, blado, vino sub forma sticandi nisi pro vino potando statim ibidem, ludo tabularum et scachorum duntaxat excepto, et si quis luserit, eo facto incurrat bannum ~~XXV~~ LX solidorum parvorum et quilibet possit accusare cum sacramento.

Item quod nullus homo portet spatam, Brugnerie stando, lanceam, telum, falcastrum seu aliud gladium nudum nisi statim sit in transeundo vel egrediendo ipsam Terram, et si quis portaverit, eo facto incurrat bannum xxv solidorum parvorum et quilibet possit accusare cum sacramento.

Item quod tabernarii claudant suam tabernam post tercium sonum campane, nec aliquis stet in taberna post ipsum tercium sonum, nisi idem tabernarius acciperet vinum pro suo usu vel aliorum vicinorum daret ex causa necessitatis et si contra= fecerit incurrat bannum xxv solidorum parvorum et quilibet possit accusare cum sacramento.

Item quod nullus homo recedat a taberna nisi concordet vinum tabernario acceptum periptum, et si recedet tabernario sibi mandante in banno taberne ne recedat sine concordia vini accepti, eo facto incurrat bannum xxv solidorum parvorum et ipse tabernarius possit accusare cum sacramento.

Item si custos vel pervigil venerit ad custodiam et si venerit et non steterit, eo facto incurrat bannum v solidorum parvorum.

Item quod quilibet preco in occasu solis sit ad portam suam nec recedat a porta ante ortum solis nisi aliquis Dominorum aliud sibi mandaverit, in pena unius grossi pro qualibet vice.

Item quod quilibet preco in die qua redditur ius ante vesperas se presentet sub porticu Ecclesie S. Nicolai, nec sine licentia Potestatis recedat a Terra ipsa die in pena unius grossi pro quolibet et qualibet vice, nisi aliud sibi fuerit mandatum per aliquem Dominorum.

Item quilibet preco teneatur pignorare vel mandare sicut commiserit sibi Potestas in pena unius grossi pro qualibet vice.

Item quod nulla persona incidat vel dampnum det in fratta circam Brugneriam et cercham in banno xxv solidorum parvorum. ~~pro qualibet vice~~.

Item quod nulla persona moveat vel accipiat in Brugneria vel districtu de ante hostiis vel portis alicuius seu de eius cortivis lignum vel ligna seu aliqua in pena xxv solidorum parvorum pro qualibet vice.

Lecta et publicata fuerunt predicta Statuta et Ordinamenta in plathea Brugnerie per Pinzanum preconem Terre Brugnerie die XXVIII Januarii millesimo CCCXXXV. indictione tertia. presentibus Tolberto q.m Jacobi notarii de Brugneria, ser Nicolao Squarcina, Valeriano fabro, Fedrigutio, Nicolao q.m Belle, Andrea de Cegana, Nicolao q.m Matthei de Marono, Johanne Selandi de eo loco, Johanne de sancto Martino, Jacobo de Campograni, Machero q.m Barbafanni testibus et aliis pluribus.

Item quod quelibet persona solvens datium in Terra Brugnerie respondeat datiariis duos solidos parvorum de singulo stario frumenti, XII parvos de singulo stario siliginis, fabe ~~et~~, milii et panigii et de quolibet congio vini et sex parvos de singulo stario avene, alie (sic) et surgi, et solvat si ipsum bladum vel vinum duxerit extra districtum Brugnerie, seu si vinum ad spinam vel frumentum in pane vendiderit intra Brugneriam, fictibus cuiuscumque si ducerentur extra ipsum districtum omnino exceptatis. Et quod omnis persona forensis possit incanipare Brugnerie et ducere extra suum bladum et vinum sine solutione dacii si illud duxerit pro usu suo serendi, molendi, comedendi vel bibendi in domo, et si secus presumeretur ab ipsa persona forensi per daciarios possit recipi sacramentum. ~~Et bladum seu vinum forense~~ Si quidem illud duxerit extra causa vendendi, solvat dacium sicut ceteri solventes. Et bladum seu vinum forense ductum in Brugneria ultra duos dies et unam noctem, solvat dacium si non acciperetur pro dicto usu; et si sine verbo daciarii seu sine concordio dacii aliqua persona solvens dacium duxerit bladum vel vinum ultra hos terminos, scilicet supra ~~ultra~~ domum Matthei de Vado, ultra domum Gavardi de Campograni, supra domum Bitini de Francinico, supra clausuram Antonii q.m domini Lodoyci in Fossaluzza vel supra clausuram Gasdieferri seu ultra fossam vilicam, eo facto cum carru ducens incurrat bannum centum solidorum parvorum et aliter portans XXV solidorum

parvorum et in Terra vendens panem et vinum, ut premittitur, et dacium fraudaverit bannum XXV solidorum parvorum, que banna pro medietate applicentur daciariis et pro medietate Signorie.

Item quod quelibet persona forensis, preter exceptatas, si suo nomine duxerit extra cum curribus forensibus de Terra Brugnerie mercimonium aliquod proquo non solutum fuerit dacium, pro singulo curru solvat unum frixacensem de puntasio, quatuor parvos de soma alicuius mercimonii, quatuor parvos de singula bestia bovina forensi et vendita per pontes Brugnerie et de singula pecude similiter transeunte duos parvos.

Item in millesimo CCCXXVI de mense Septembris V exeunte statutum et proclamatum fuit preconia voce in Terra Brugnerie per Pinzanum preconem, quod si qua persona Brugnerie vel districtus seu etiam forensis exiverit Brugnerie vel districtum et causa robandi seu aliter dederit dampna alicui de Brugneria vel districtu seu etiam persone forensi, que iuraverit vicinitatem burgi et in districtu vel extra, eo facto incurrat bannum XXX librarum parvorum et satisfacere teneatur dampnum persone passe iniuriam et dampnum et quandocumque ipsa persona offendens pervenerit ad manus et potentiam Signorie Brugnerie, de iniuria puniatur iuxta suum delictum.

Item in eodem millesimo de mense Novembris tercio die intrante, statutum et proclamatum fuit a parte Dominorum in Terra Brugnerie per dictum preconem in loco consueto, quod si continget rumorem esse et strepitum inter aliquas personas in Brugneria vel districtu et Potestas seu Officialis vel Notarius seu Consul vel preco Terre Brugnerie se interposuerit causa sedandi strepitum vel rumorem possit inter partes mandare, et si non acquiescent suis mandatis seu aliter aliquem predictorum se interponentem despexerint deprimendo seu ad arma sua manus applicando, eo facto pars non obediens incurrat bannum X librarum parvorum.

Item sub dicto millesimo et in dicta Potestaria proclamatum fuit in Terra Brugnerie per Mattheum preconem de mandato et voluntate omnium Dominorum, quod si quis subiectus Brugnerie vel forensis conduxerit predam aliquam Brugnerie vel in districtu, seu etiam emerit de bestiis predatis, eo facto incurrat bannum XXV librarum parvorum et restituere teneatur bestias personis illis quibus dignoscerent pertinere.

Item reformatum et statutum est cum consensu Dominorum ~~Brugnerie~~ quod si aliqua persona per districtum Brugnerie in die intraverit alienam clausuram sive campum, sive pratum contra voluntatem domini, sive coloni, sive conductoris, dando dampna ibi accipiendo bladum, arbores, fructus, herbam vel fenum, siquidem acceperit bladum incurrat bannum LX solidorum parvorum; si autem acceperit arbores, fructus, herbam vel fenum in pratis incurrat bannum XXV solidorum parvorum totiens quotiens acceperit. Si vero in nocte commiserit et acceperit, ut superius scribitur, si dampnum datum fuerit infra XXV solidorum parvorum, incurrat duplex bannum, ut superius est declaratum. Si autem dampnum datum excedet XXV solidos parvorum, procedatur contra hoc committentem tamqua contra furem, capiendo, carcerando et flagellando ipsum, et super predictis quelibet persona digna fide valeat accusare cum sacramento et sibi detur plena fides et talis persona habeatur in secreto apud Potestatem Brugnerie. Si quidem ipsa persona accusans noluerit subire sacramentum sed aliter probare dampnum datum, eius probatio audiatur, hoc addito, quod dampnum datum continue patienti emendetur ab inferrente illud.

Millesimo CCCXLVII. indictione XV. die X Iunii proclamata et preconizata fuit ista reformatio et statutum in plathea Brugnerie in loco consueto per Pinzanum preconem Brugnerie, presentibus ser Antonio Nicoleto dicto Chelle, ser Aylino Canutino, magistro Odorico de sancto Cassiano Brugnerie commorante, Vendramo

Cracolo de s. Johanne, Articho de Francinico, Vendramino de eo loco, Sbriga de Albinella, Bartholomeo q. Petri de Marono, Canono q. Tegre de eo loco, Girardo et Bacino de s. Cassiano, Nicolao filio Hendrici della Stella de Albina, Nicolao Tonso de Candegrano et aliis.

Item reformatum et statutum est cum consensu Dominorum, quod nullus habitans in Brugneria et in Comitatu expendat pro vestibus unius filiocii vel filioce et calciamentis et aliis rebus quibus honorantur filioci sabbato sancto ultra tres libras denariorum venetorum parvorum, in quibus non sit epitogium nec exornatio pellis, argenti vel alterius rei ultra pannum simplicem, nec faciant in quadragesima, nec extra compatribus aliquod exenium piscium vel aliarum rerum nec in die in quo Christianus efficitur facere prandium nec super ponere ultra sex frisacenses. Super quibus Potestas et Consiliarii Terre suo sacramento inquirere teneantur et possit vatare, et si essent decem compatres non debent plus expendere pro uno filiozo sub pena decem librarum denariorum parvorum pro quolibet contrafaciente.

Item quod nullus homo ludat cum taxillis vel gasanellis seu aliter sub forma sticandi nisi pro vino potando statim in taberna nisi infra terminos alias positos per Dominos de Porcilliis scilicet a domo ser Camulini de super et a domo ser Antonii in qua Gabriel tenet tabernam infra, et si quis luserit incurrat bannum LX soldorum parvorum et quilibet possit accusare cum iuramento.

Item prefati statuerunt et concorditer ordinaverunt quod omnes homines et persone tam terrigene quam forenses qui vel que in die sancte Marie mensis Augusti, in die sancti Nicolai, in die sancti Jacobi uno die ante et uno post ipsorum festorum, qui vel que committet aliquod delictum in Brugneria vel eius Comitatu, cuiuscumque conditionis existat incurrent penam LX librarum parvorum et parvos sex.

Item millesimo CCCCII. indictione X. die mercurii IX Augusti de comuni voluntate et consensu Dominorum Comitum de Purziliis statutum et ordinatum fuit, quod si quis ex Consulibus Potestatis Terre Brugnarie recusaverit sedere ad bancum iuris cum eodem Potestate qui pro tempore erit, ad sibi consulendum secundum Statuta et antiquas consuetudines Terre Brugnarie, idem Potestas eisdem Consilibus id facere recusantibus primo mandare debeat seu mandari facere quatenus sub penas ~~XX solidorum parvorum~~ unius grossi secum sedere et sibi consulere debeant, que pena sit eiusdem Potestatis et cum effectu exigi possit si contrafactum fuerit. Si vero eidem primo mandato non paruerint, quod debeat idem Potestas secundo sibi mandare quatenus sub pena XXV solidorum parvorum debeant secum sedere et sibi consulere, quod si contrafecerint, eo facto incurrant penam predictam XXV solidorum parvorum prefatis Dominis applicandam.

Millesimo CCCLXXXXVI. indictione III. die IV Decembris. E mandato Nobilium Dominorum Comitum de Purciliis et providi viri ser Iohannis q. Zacharie Potestatis Terre Brugnerie proclamatum fuit super plathea more solito per Antonium preconem civem Brugnerie, quod quilibet homo et persona volens facere buzolados venales teneatur facere de vigintiquinque ligaturis singulos et quod brevior sit longa unius brachii et unius quarte, quod si contrafecerit condempnetur in libris tribus parvorum pro condempnato et buzolati comburentur. Item quod quilibet homo vel persona tam terrigena quam forensis volentes emere buzolados in Comitatu Brugnerie teneatur ipsos cercare et si reperiret non iustos, subito debeat denunciare Domino, quod si non fecerit condempnetur in libris sex parvorum pro condempnato.

Item quod nullus homo aptetus emere buzolados non possit per aliam personam interpositam facere emere buzolados causa evitandi sacramentum proclamationis, quod si fecerit condempnetur in libris sex parvorum pro condempnato.

Item quod nullus homo audeat emere buzolatos sine tentare ipsos fideliter et sine fraude, quod si emerit condempnetur in libris sex parvorum.

Item quod nullus homo non audeat emere buzolatos nisi in Brugneria sub pena septem librarum.

Item quod quilibet mercator dictorum buzolatorum qui venderet buzolatos alicui forensi pro bonis et legalibus et reperirentur contrarium, condempnetur in libris sex parvorum.

Suprascripta Statuta Brugnarie ex antiquo quodam libello in membranis corio viridi cohoperto, existente apud Illustrem Comitem d. Silvium ex illustribus Comitibus Brugnarie, prout inveni ego Antonius Rinaldis q. ser Zacharie publicus Notarius in Terra S. Danielis fideliter aliena mihi tamen fida manu exemplari ~~signo~~ signoque nomineque meis solitis et consuetis appositis etc.

Trascritto da questo Apografo cartaceo esistente presso il Conte Ermes di Porcia nel castello di Porcia, ~~[illegible]~~ dal Dottor Vincenzo Joppi nel Luglio 1895.

Rub. 16
Transivit Ligureciam cum lembo.

18. Ludat sub forma Sticandi cum taxillis vel gafonellis

Item quod nullus homo audeat emere buzola
et sine fraude, quod si emerit condempnetur in

Item quod nullus homo non audeat emere buzola
septem librarum.

Item quod quilibet mercator dictorum buzulat
alicui forensi pro bonis et legalibus et reperiren
in libris sex parvorum.

Suprascripta Statuta Brugnarie ex antiquo quodam li
cohoperto, existente apud Illustrem Comitem d.
Brugnarie, prout inveni ego Antonius Rinaldis
in Terra S. Danielis fideliter aliena mihi tamen
nomineque meis solitis et consuetis appositis ex
Trascritti da questo Apografo cartaceo esistente
nel castello di Porcia, ~~trascritto~~ dal Dottor Vincenzo Joppi nel

Ad laudem et gloriam omnipotentis Dei intemerateque eius matris
Virginis Marie ac totius celestis curie, ad honorem et Statum in=
frascriptorum dominorum Comitum de Prata nec non ad conserva=
tionem et augumentum terre predicte de Prata . . . . legibus
moribusque quod unicuique inest potestate necesse regi nitant . . . . . .
proprio partim comuni iure utantur. Nam licet fere sub legalium conglutina=
torum voluminum que iurgative, disputative possunt occurrere adnotant . . .
. . . . tum ex personis causis locorum usibus extravagantium negociorum eventibus
sepe quia procedi convenit utile est singulariter ~~condictione~~ stabilire quibus metis
queque iurgia concludantur ut sic in additionibus, diminutionibus vel inter=
pretationibus iuris comunis litigantes sentiant ex celeri trutinatione causarum
se plurimum ab expensis et laboribus relevatos. Quocirca Nobiles et potentes
viri domini Biaquinus miles, Guecellus, Nicolussius, Manfredus, Guecelletus,
Artichus, Gerardus et Rizardus comites de Prata in ea totoque eius Comitatu et
districtu merum et mixtum optinentes imperium subditorum suorum in
quorum pace quiescunt et quiete letantur commodis vigilantes, de consilio pro=
vidorum civorum Bonaventure de Turace q. d. Franceschini, Bortholussii q.
ser Lazari de Prata et Johannis q. ser Francisci de Portu Naonis Consulum
ipsorum aliorumque civium terre Prate infrascriptas Constitutiones seu Sta=
tuta firmitate usque ad ipsorum revocationem expressa et roborationem vali=
tura sanxerunt, constituerunt, fecerunt et firmaverunt, mandantes eadem
ab omnibus suis subditis inviolabiliter observari. Et quia cancius et celerius
est agendum ubi maius versatur periculum de criminibus in quibus id magis
timetur, prius disponere decreverunt domini nominati

:: Rubrica quot modis de maleficiis cognosci debeat.

In primis quidem statuerunt ordinaverunt et mandaverunt ~~prefati~~ predicti domini quod de quolibet

crimine cognosci possit et discuti per accusationem, inquisitionem, denunciationem de quibus inferius per ordinem pertractatur

De accusatione

Statuerunt equidem et mandaverunt quod si aliquis aliquem de aliquo crimine accusaverit, quod ille accusator ante omnia promittat et satisdationem idoneam prestet de perseverando in causa ipsius accusationis usque ad finem, quod si non fecerit vel dictum crimen non probaverit infrascriptas penas solvet, qua satisdatione prestita, statim Potestas accusatum vocet et si fuerit crimen de quo pena mortis vel mutilationis membri fuerit imponenda, ut ex inferioribus apparebit, idem accusatus in carceribus ponatur; si vero talis pena non fuerit iungenda, recipiatur ab ipso accusato satisdatio de solvendo prout fuerit condempnatus secundum qualitatem delicti. Et si propter paupertatem vel aliquam causam satisdare non potuerit ... sub bona custodia teneatur, quibus peractis audiantur omnia que tam in agendo quam in defendendo partes dicere voluerint et allegare. Et si propositum crimen legitime fuerit probatum, fiat condempnatio secundum qualitatem, ut ex infrascriptis apparebit. Si autem in probatione decesserit accusator, tunc si fuerit crimen de quo pena mortis imponenda fuisset, ipso facto incurrat accusator pena centum librarum parvorum. Si autem penam amputationis membri incurrat pena librarum L parv vel similem penam aut pedem vel manus ammittat; si vero pecuniariam penam sequi debuisset, tunc eandem penam solvat accusator. Ne autem ex hoc forte malefitia remaneant impunita, si accusator propter paupertatem vel aliam rationabilem causam supradictam cautionem prestare non posset, exigatur ab ipso ea que iuxta qualitatem personarum et qualitatem personarum et quantitatem patrimonii sui prestare poterit vel saltem in defectu iuratoria cautio prestetur, postea procedatur ut supra, salvo semper quod - - - ex inditiis competentibus contra accusatum possit ad torturam procedere secundum quod infra in capitulo de inquisitionibus continetur.

II De inquisitione

Item si ex voce et fama ad aures Potestatis pervenerit quod aliquod
maleficium sit perpetratum, tunc ipse Potestas sine aliquo accusatore possit et
debeat de ipso crimine diligenter inquirere a circumstantibus, vicinis et aliis cum
sacramenti delatione et aliis terroribus et quibuscumque aliis modis per quos veritas
possit haberi. Et si ex aliquibus presumptionibus vel inditiis aliquem suspectum
invenerit, tunc Potestas ipsum vel in carceribus vel cum satisdatione penes
se habeat secundum qualitatem delicti ut supra in capitulo de accusatione
continetur. Et contra ipsum formet inquisitionem suam super qua tali
suspecto sacramentum deferat de veritate dicendi et si crimen sponte confessus fuerit, ipsum secundum exigentiam ~~exigentiam~~ criminis ut ex sequentibus apparebit
condempnetur maxime si secundum ipsius confessionem delictum in veritate
inventum fuerit perpetratum. Si vero negaverit tunc Potestas vocet
testes ad alias probationes quas si producere ~~potest~~ producat et hiis omnibus
diligenter examinatis supra ipsa inquisitione et eorum copia reo si pecierit decreta
auditisque ipsius oppositionibus et defensionibus, si contra ipsum reum legitime
et plene probatum invenerit, ipsum condempnet secundum exactionem male-
fitii et non ...., si vero non plene fuerit probatum, tunc si alique presumptio-
nes vel inditia fuerint inventa propter que tortura possit fieri, prefatus Pote-
stas reum predictum ponat ad tormentum et si debito modo tortus fuerit et
non fuerit confessus, absolvatur. Si autem confessus fuerit crimen, tunc de tor-
mentis deponatur et dimittatur post tormentum una die in quiete et postea
secundum molestiam interrogetur de confessione quam fecit et si ter interogatus
per spacium unius hore intra qualibet interogatione perseveret, habeatur
pro confesso et puniatur ut supra; si vero neget, habeatur pro non confesso,
sed si alia nova supervenerint inditia, torqueatur. Autem per que tortura
fieri possit, intelligatur infrascripta: primo si ante ipsum reum probatum fue-
rit per unum testem cum publica fama et voce quod malefitium commise-
rit; item si cum fama reperiatur fuisse inimicus vel alias iniuriatus fuerit illud
faceret vel si in loco perpetrati delicti fuerit cum suspitione inventus cum

armis..... vel cum iactantia dixerit, vel aliquod de hoc scire manifestave-
vit; item si malefitio perpetrato effugerit, item si alias male fame
........similia facere; item si in domo sua vel penes ipsum fuerit
.......de ablatis nisi manifeste probaverit..... aliter habuerit et
.......que magis poterunt percipi ex industria iudicante.
Item que dicta sunt de inquisitione similiter de denuntiatione intelligantur
similis modus procedendi procedendi observetur prestito semper denuntiatori
sacramento quod zelo iustitie non odio denunciationem faciat et ipsam ve-
ram credat.

III De maledicis et blasphematoribus Dei et Sanctorum.

Quia quod in religione divina committitur ..... infertur iniuria, statue-
runt quod si aliquis proprie salutis immemor omnipotentem Deum aut
gloriosam matrem eius Virginem Mariam seu alios Sanctos blasphemaverit vel
eis aliquam iniuriam dixerit seu ipsorum figuras pictas vel sculptas in con-
temptum deleverit, maculaverit, fregerit vel aliter vituperaverit, in
solidos xx parv. pro qualibet vice condempnetur, qui si solvere non posset,
ter in aquam Metune mergatur a ponte infra, ita bene ligatus quod sine
lesione corporis extrahi possit et supradicte condempnationes in utili-
tatem Ecclesie sancti Iacobi de Prata convertantur.

IV De homicidio voluntario et casuali

Item statuerunt quod si quis animo irato in rixa et subito rancore modo
aliquo quovis instrumento vel talo aliquem percusserit ex cuius ictu mors
secuta fuerit, quod talis percussor penam amputationis capitis incurrat
et pati debeat taliter quod moriatur. Et si plures fuerint socii qui in-
sultum in illum fecerint et ipsum percusserint, si ex vero inditio ex cuius
percussione mortuus fuerit indicari possit et alie percussiones mortales non
fuerint, tunc ille solus ex cuius ictu mortuus fuerit pena capitis puniatur
ut supra; ceteri autem puniantur in libras L parv. pro quolibet, qua si
aliquis solvere non poterit amputationem unius manus incurrat et pati debeat.

Si vero non potuit ex cuius percussione mortuus fuerit, tunc omnes capite puniantur ut supra. Si autem plures ex proposito et deliberatione prehabita in aliquem insultum fecerint, sive ex uno sive ex pluribus ictibus mortuus fuerit, nulla habita distinctione, omnes supradicta pena capitis puniatur.

Si autem aliquis sine animo et proposito occidendi ac sine dolo et fraude casualiter aliquem interfecerit, ut puta, sagittando, balistando, lapidem, lanciam, palos et fustes proiciendo seu cum equis et curribus eundo seu tecta cohoperiendo vel arbores putando ex quibus ceciderit vel nocuerit seu quocumque alio modo, dummodo manifeste cognosci possit ex veris inditiis et presumptionibus quod hoc dolo et fraude non commiserit, si hoc fuerit in loco ubi magna est gentium conversatio ut in platheis, ecclesiis, merchatis, macello, tabernis et aliis similibus in quibus talia facere magnum potest imminere periculum et in culpa est qui talia facit, puniatur committens in libras centum parv. aut pedem vel manum amittat. Si autem in locis privatis ubi concursus tantus gentium non adest, tunc puniatur in libras L parv. aut pedem vel manum amittat. Si vero quis non mortem per supradictum modum intulerit sed aliter aliquem vulneraverit, offenderit vel leserit, si ex tali lesione membrum amiserit ledens tunc puniatur in libras XXV parv. Si vero non perdiderit membrum solvat libras V parv. et quolibet casu dampnum et expensas leso reficiat. Si vero tempore publici hastiludii vel bagordi in terra Prate aliquis currendo cum equis vel hasta vel alio modo aliquem interfecerit vel aliter leserit nulla pena puniatur. Et similiter impunitus sit cohoperitor tectorum vel potator arborum si constitutus in loco unde iter erat publicum transeuntibus predixerat. Item similimodo liberetur a pena qui per terram Prate equitando super equo qui erit bucca durus vel aliter viciosus, cuius vitium ignorabat, si ipse equus sine culpa sedentis currendo vel calcitrando aliquem interfecerit vel leserit, secus autem si ipsius equi vitium cognoscebat, quia tunc propter suam culpam, quia sciens ipsum ascendit, puniatur ut supra.

Item si aliquis consilium, auxilium vel favorem vel exortationem alicui dederit de morte alterius et mors fuerit secuta et ipse occisor hoc aliter non fecisset, sed propter tale consilium vel auxilium dictum malefitium commiserit, tunc talis favens vel consulens simili pena puniatur cum occisore predicto. Si autem sine hoc facturus erat, puniatur consulens vel favens in libras centum et quinquaginta parv., quas si solvere non poterit tunc perdat linguam.

Item si aliquis dolose et animo deliberato aliquem conceperit interficere et clandestine ipsi posuerit insidias vel ipsum assaltaverit aut ad alium actum proxime pervenerit ita quod per ipsum non steterit quin ipsum interficeret sed non potuit, penam librarum 2 parv. incurrat, quas si solvere non poterit unius pedis amputatione puniatur vel manus.

V. De sicariis, assassinis et veneficiis.

Item si aliquis accepta pecunia vel alio premio ab aliquo causa aliquem occidendi vel mutilandi et illum interfecerit vel mutilaverit, seu insidiatus fuerit sibi, seu insultum in eum fecerit vel ad aliquem actum pervenerit, seu ad hoc faciendum iter inceperit, ita quod per ipsum non steterit ~~quin ipsum~~ ipsum malefitium perfici et intelligatur per ipsum non stare quocies ad aliquem actum ut supra pervenerit, tam ipse assassinus quam ipse mandans hoc et quilibet alter conscius, consiliarius, fautor et coadiutor ipsius delicti ad caudam equi strascinetur usque ad locum furcarum et ibi laqueo suspendatur taliter quod moriatur et similiter comburatur ita quod moriatur.

VI. Si aliquis aliquem tossicaverit.

Item ad pena ut supra proximo capitulo puniatur quicumque per se vel alium aliquem tossicaverit vel venenaverit seu tossicare vel venenare probaverit et voluerit ad actum aliquem ut supra proximo capitulo veniendo et omnes auctores, fautores, consiliarii et participes criminis antedicti simili pena subiaceant.

VII. De proditoribus

Item si aliquis spiritu diabolico instigante contra supradictos Dominos de Prata proditorio modo

aliquid fecerit, tractaverit vel procuraverit aut consilium vel favorem aliis tractantibus prestiterit seu sciverit seu non manifestaverit et isto casu silicet quando non manifestaverit delictum seu .... effectum propter quod ipsi Domini vitam membra aut terram de Prata seu comitatu ipsam iurisdictiones et honores perdere possent per totam terram Prate et de ...... usque ad locum furcharum strassinetur et ibi laqueo appendatur taliter quod moriatur et proditoris bona ipsis Dominis applicentur, salvo semper dotibus uxoris sue, nurum vel aliarum mulierum quarum restitutionem obligatus fuisset et salvo si ipse proditor filium vel filios seu nepotes vel alios dependentes unum vel plures haberet, quia tunc sive unus sive plures fuerint medietatem omnium bonorum ipsius patris vel Domini eorum habere debeant. Si autem solum ascendentes, patrem vel matrem et abinde supra unum vel plures habuerit omnes supradicti tertiam partem eius bonorum habere debeant residuum autem supradictis Dominis integraliter applicetur, salvis iuribus creditoribus quibuscumque?

VIII. Si aliquis aliquem suffocaverit

Item si unus vel plures irato animo aliquem strangulaverit vel suffocaverit in aqua vel aliter presserit vel precipitaverit ita quod mortuus seu quocumque alio modo causa morti prebuerint, omnes puniantur secundum modum et formam contentas in capitulo de homicidio, habitis distinctionibus si in rixa vel ex proposito factum fuerit vel si videri potest vel non ex cuius ictu vel facto principaliter mortuus fuerit ut in predicto capitulo de homicidio plene declaratur, salvo semper si hoc sicario modo et assassinatorio vel venefico factum fuerit, in quo casu subiaceat penis in capitulo de sicariis et assassinis supra contentis.

IX Item si aliqua mulier instingante diabolo ex dolo et animo occidendi filium vel filiam quam peperit, suffocaverit, strangulaverit vel alio quoquomodo interfecerit aut vel pregnans [ut] abortiret flebotomiam fecerit vel aliquod poculum receperit, igne crematur, si vero a casu propter aliquam negligentiam, ebrietatem vel dormitionem hoc fecerit cum aliter evadere non posset, puniatur in libras VI parv. vel nasum perdat.

Item si aliquis aliquam interfecerit vel vulneraverit et probare possit quod ad deffensionem et tutellam tantum sui corporis aut parentum vel filiorum suorum seu uxoris eius sive aliorum propinquorum suorum seu et bonorum et iurium suorum hoc fecerit cum aliter evadere non posset, nulla pena puniatur.

X. De percussionibus sine mortis aventure.

Item si aliquis irato animo quempiam percusserit ita quod eidem manum vel pedem abstinderit ultra seu truncaverit, condempnetur in libras LX parv; si autem membrum ita debilitaverit quod in ipso vires non habuerit percutiens condempnetur in libras L parv vel utroque casu membrum pro membro perdat. Si vero oculum evaverit condempnetur in libras L parv. vel oculum pro oculo; si autem nasum similiter puniatur, si autem auriculam ultra inciserit vel digitum vel digitos inciserit vel debilitaverit, pro qualibet supradictorum condempnetur in libras XX parv. aut membrum pro membro perdat et in omnibus supradictis casibus teneatur percutiens ad dampnum, interesse et expensas percusso.

XII. Si quis aliquem percusserit sine sanguinis effusione.

Item si quis, pugno, lapide vel fuste seu aliter aliquem sine sanguinis effusione percusserit et cum modica tumefatione vel cum ungulis vel aliter pellem scalpserit sive scarfaverit ita quod aliquantulum sanguinis exiverit, condempnetur in frixacenses XL; si autem ex hoc magna contusio vel vulneratio fuerit, puniatur in frix. centum parv.; si autem aliquod os fractum fuerit scilicet brachii, cruris vel coxe, in libras XXV parv.; si autem minus os in libras X parv. vel utroque casu bulletur et fustigetur.

Item si quis aliquem decapillaverit et ipsum traxerit decapillando in terram, puniatur in frix. XL; si vero ceciderit in terram, condempnetur in solidos XXV parv.

XIII. Si quis aliquem presserit vel alapam dederit.

Item si quis quempiam presserit vel iecerit in terram solvat frix. XL; si autem non ceciderit in terram solvat XXV solidos. Si vero ex tali spinta in murum vel alio modo percutiendo vel in terram cadendo aliquam lesionem receperit, pena subiaceat cum

ipsis

XI Si quis aliquem percusserit cum sanguinis effusione.

Item si quis cum armis, lapidibus vel fuste vel aliter aliquem percusserit cum sanguinis effusione animo irato, si vero in vultu cum notabili vulnaere et multo sanguine ex quo vulnaere remaneat cicatrix vel deformitas notabilis, puniatur in libras XXV parv.; si vero cum modici sanguinis sparsione et sine cicatrice, condempnetur in libras X parv.; si autem in alia parte corporis et fuerit evidens vulnus in libras VII parv.; si autem parvum in libras [redacted] V. parv. —

Item si aliquis aliquem interfecerit vel vulneraverit et probare possit quod ad deffensionem et tutellam tantum sui corporis aut parentum vel filiorum suorum seu uxoris eius sive aliorum propinquorum suorum seu et bonorum et iurium suorum hoc fecerit cum aliter evadere non posset, nulla pena puniatur.

X. De percussionibus sine mortis eventu.

Item si aliquis irato animo quempiam percusserit ita quod eidem manum vel pedem abscinderit ultra seu truncaverit, condempnetur in libras LX parv.; si autem membrum ita debilitaverit quod in ipso vires non habuerit percussus condempnetur in libras L parv vel utroque casu membrum pro membro perdat. Si vero

sive scarfaverit ita quod aliquantulum sanguinis exiverit, condempnetur in frixacenses XL; si autem ex hoc magna contusio vel vulneratio fuerit, puniatur in frix. centum parv.; si autem aliquod os fractum fuerit silicet brachii, cruris vel coxe in libras XXV parv.; si autem minus os in libras X parv. vel utroque casu bulletur et fustigetur.

Item si quis aliquem decapillaverit et ipsum traxerit decapillando in terram, puniatur in frix. XL; si vero ceciderit in terram, condempnetur in solidos XXV parv.

XIII. Si quis aliquem presserit vel alapam dederit.

Item si quis quempiam presserit vel eiecerit in terram solvat frix. XL; si autem non ceciderit in terram solvat XXV solidos. Si vero ex tali spinta in murum vel alio modo percutiendo vel in terram cadendo aliquam lesionem receperit pene subiaceat cum

ipsis

ipsis distinctionibus contentis supra capitulo II° et III°; et si quis alicui alapam seu gattatam dederit, condempnetur in libras tres parv.

XIV. Si quis caputeum acceperit de capite.

Item si quis caputeum vel capellum aut mulieribus vellum de capite levaverit vel traxerit seu deposuerit condempnetur in solidos v parv.

XV. De verbis iniuriosis

Item statuerunt quod si aliquis alicui verba iniuriosa vel convicium dixerit scilicet vocando ipsum latronem, falsarium, proditorem, ~~...~~ depredatorem, cucurbitam, ebriacum, gulosum, periurum, infamem, seu de ipso carmen, litteram vel versum seu libellum famosum conscripserit vel alio modo iniuriatus fuerit, condempnetur in libras v parv. nisi quod dixerit coram Potestate probat dare [sic] quia [sic] tunc sine pena esse debeat augendo et minuendo secundum qualitatem personarum et verborum et locorum ubi talia dicta fuerint.

XVI Si quis arma traxerit.

Item si quis ensem, lanceam, gladium, falcastrum, spetum seu alia arma offensibilia contra aliquem traxerit vel levaverit animo irato sine percussione vel arma versus ipsum menaverit ut offendat, condempnetur in p. . . . , sed si solum traxerit vel levaverit et super se steterit non menando, solvat . . . .

Item statuerunt dicti Domini quod si quis in foro vel mercatis iuxta Pratum ~~...~~ vixam fecerit siquidem traxerit cum pugno contra aliquem sine percussione solvat ~~...~~ frix. XL; si percusserit sine sanguinis effusione, ~~puta pellem scalpserit, solvat libras x~~ solvat centum solidos; si cum sanguinis effusione, puta pellem scalpserit solvat libras x parv., aut si non posset solvere ~~...~~ excorietur circa Pratam. Si autem vixam fecerit cum armis vel rebus quibus posset sequi mors, puta lancea, ense, bastono vel lapide vel quovis alio instrumento contra aliquem traxerit et super se steterit, solvat libras x aut excorietur ~~et bulletur~~ ut dictum est. Si autem traxerit contra aliquem menando ut offendat, solvat libras ~~...~~ XXV parv. aut excorietur et bulletur; si percusserit cum dictis armis solvat libras L V parv. et si non posset solvere perdat manum.

XVII De penis duplicatis.

Item statuerunt quod omnes pene pecuniarie a Statutis imposite duplicentur contra delinquentes in aliquem Officialem dictum suum officium exercentem vel si de nocte commissa fuerint delicta seu coram Potestate in iuditio et intelligantur fieri de nocte post occasum solis usque ad ortum eius.

XVIII. De appellatione armorum.

Statuerunt quod appellatio armorum contineantur [sic] spate, gladii, lancee, spelti, furche, lapides, fustes, bastoni et res omnes per quarum percussionem mors possit sequi seu membrorum truncatio vel debilitatio.

XIX. De modo intramezandi.

Item si quis constitutus in aliqua rixa vel rumore contra aliquem percusserit aliquem inter ipsos mediantem, sine fraude credens percutere adversarium pro sua temeritate et stultitia et inde mors fuerit secuta, condempnetur in libras centum parv. aut manum perdat; si autem membri abscissio vel perpetua debilitatio tantum in libras 2 parv.; si vero sanguinis solum non periculosa effusio in frix. x4; si autem dolo et fraude predicta commiserit, subiaceat penis quibus homicide et alii percussores in similibus feriuntur aut fustigentur ut superius in suis capitulis annotatis.

Item similibus penis proximo superiori capitulo contentis in eadem distinctione attenta condempnetur qui ex ludo vel ex alia melencolie furore motus aliquid offendibile de manibus eiecerit quod alicui mortale dampnum vel aliud nocivum intulerit.

XX. Si quis aliquid traxerit irato animo.

Item si quis aliquem vulneraverit vel percusserit sine periculo mortis non tamen ex proposito vel malitia scilicet casu quodam seu negligentia, puniatur de arbitrio Potestatis et Consulum.

XXI. De emendatione facienda lesis.

Item quod in omnibus supradictis, offendentes teneantur lesis emendare et resarcire dampna omnia et interesse et expensas tam medicorum quam aliarum rerum

que et quas occasionibus predictis sustinuerint et passi fuerint, non ob=
stante quod sive corporaliter sive pecunialiter condempnati fuerint.

XXII. Si quis exiverit de Terra Prate vel Sacillotto.

Item si quis ~~de~~ nocte terram Prate vel Sacillottum exiverit aliter quam per portas scilicet transeundo aquam, muros, spalta, spinatas vel alia fortilitia, solvat solidos centum parv.; si autem de die condempnetur in frix. XL.

XXIII. Contra voluntatem Custodum.

Item si quis contra voluntatem Custodum portium terram Prate intraverit vel exive=
rit, solvat libras XV parv. aut fustigetur et Custodes si prohibere non po=
terunt, teneantur clamare post ipsum sub pena centum solidorum parv.

XXIV De adulterio, stupro et violatoribus mulierum.

Item si aliquis uxorem alterius voluntarie carnaliter cognoverit condempnetur in libras L parv. aut uxor sive mulier si maritus voluerit fustigetur et fustigata mittatur in monasterium ad peragendum penitentiam et dotem et omne lucrum donationis propter nuptias amittat et marito applicetur. Si autem maritus ipsam voluerit iterum reci=
pere, hoc possit impune cum auctoritate Potestatis et dotem recuperabit mulier, alioquin maritus talem uxorem reducens puniatur in libras XV parv. et tantum reconciliatio teneat; si autem adulter supradictam penam solvere non posset, perdat oculum.

Si quis virginem vel viduam honeste viventem voluntarie carnaliter cognove=
rit, condempnetur in libras XXV parv., sed si cum ipsa de consensu parentum matrimonium contrahere poterit .... condempnatus solvat; si autem ~~alter~~ ipsam ~~supradictam penam~~ condempnationem solvere nequiverit, fustigetur.

Item si quis quempiam mulierem nuptam, viduam vel virginem per violentiam sive metum qui cadat inconstantem (*) [sic] mulierem, carnaliter cognoverit, pena amputationis capitis puniatur ita quod moriatur, et semper intelligatur mulier voluntarie cognita si in loco fuerit ubi verisimili audiri poterit et non clamave=
rit ita quod vicini audiri potuerint clamorem vel gemitus ~~[illegible]~~ eius tempore violentie.

(*) [illegible] inconstantem

Item si quis nepphandissimum stuprum et contra naturam scelus commiserit propter quod insurgunt leges et armantur iura, scilicet sodomitico modo cum masculis commi=scendo seu in se ipso id paciendo aut cum brutis animalibus fedose carnaliter commiscendo, igne sine mora condempnetur taliter quod corpus eius in pulverem convertatur.

Item si quis mulierem aliquam honeste conversationis et vite conatus fuerit violenter carnaliter cognoscere et ad actum aliquem pervenerit sed non perfecerit, condempne=tur in libras centum parv. vel pedem perdat.

XXV. De adulterio

Item si vir uxorem suam in adulterio deprehensam scienter tenuerit seu condempnatam sine licentia Potestatis reduxerit, ut supradictum est, condempnetur in libras XXV parv.

XXVI. De lenonibus

Item si aliquis leno vel lena suis fallacibus verbis aliquam mulierem honestam, nuptam, vir=ginem vel viduam ad libidinem seduxerit, condempnetur in libras XXV parv. vel fustigetur si non poterit solvere.

XXVII. De exfortio mulierum

Item si quis aliquam mulierem nuptam, viduam vel virginem per vim rapuerit de domo vel aliunde et ipsam contra suam voluntatem duxerit, si nupta fuerit pena capitis puniatur cum mortis eventu. Si vero fuerit vidua vel virgo cum qua matrimonium esse possit et ante condempnationem factam de consensu partium matrimonium inter ipsos contrahatur, solum condempnetur in libras V parv. loco pene capitalis. Si autem matrimonium vel contrahi non poterit vel ante con=dempnationem contractum non fuerit, ipse violator seu raptor pena amputa=tionis capitis cum mortis eventu paciatur.

XXVIII De prebentibus auxilium

Item quilibet qui supradictis raptoribus vel violatoribus mulierum dederit vel prestite=rit in ipso delicto auxilium vel favorem, ipsis penis subiaceat quibus ipsi raptores et violatores puniuntur.

Item statuerunt quod qui adulterum vel stupratorem de nocte in domo sua invenerit cum uxore, filia, matre vel nuru, impune ipsum occidere possit, si aliter ipsum capere non possit.

Item si aliquis virginem nondum etatis legitime ad carnalem copulam corrumperit, condempnetur in libras centum parv. aut perdat testiculos. Si vero non corrumperit sed solum actualiter conatus fuerit hoc facere, condempnetur in libra L parv aut perdat oculum et hoc et si ipsa puella consenserit.

Si quis domum suam caute commodaverit vel prestiterit ad adulterium vel stuprum faciendum, condempnetur in libras X parv.; sed si publicis meretricibus affictaverit vel commodaverit nullam penam paciatur, salvo si domus fuerit in aliqua vicinia honesta, quia tunc affictare non possit in pena frix. XL et nihilominus expellantur inde.

XXIX – De requisitione aliene uxoris

Item si aliquis uxorem alienam sollicitaverit et requisiverit vel procuraverit carnaliter cognoscere et si ad effectum non pervenerit – condempnetur in libras XV parv.

Si quis uxoratus aliam mulieren ignorantem desponsaverit, siquidem ipsam non cognoverit carnaliter, solvat libras L parv. aut unum oculum perdat. Si autem ipsam cognoverit, solvat libras centum parv. aut unum pedem.

XXX De latronibus seu depredatoribus stratarum, furibus et retentoribus ipsorum et aliis violentiis

Item statuerunt quod si quis in strata publica vel alibi aliquem fuerit depredatus et ipsum etiam interfecerit, quod strassinetur usque ad locum furcharum et illic laqueo suspendatur ita quod moriatur; si vero non interfecerit sed solum derobaverit, si fuerit talis depredator famosus et alia ausus committere, illico furcha laqueo suspendatur taliter quod moriatur, et si in illo actu derobator fuerit interfectus vel vulneratus, interficiens vel vulnerans nullam penam paciatur; si vero non fuerit famosus nec similia facere assuetus, si prima fuerit talis derobatio et infra summam X librarum, puniatur in libras XXV parv. aut oculum

perdat; si autem ultra illam summam usque ad summam XXV librarum puniatur in libras centum parv. aut perdat manum et oculum; si vero ultra illam summam laqueo suspendatur. ita quod moriatur; si autem secunda fuerit derobatio usque ad summam librarum X, penam sustineat librarum L parv. aut pedem amittat; si autem ultra illam furcha suspendatur ut supra; si autem fuerit tertia derobatio et fuerit infra summam librarum X puniatur in libras centum aut pedem, manum et oculum amittat; si autem ultra, furcha suspendatur ut supra, si vero fuerit quarta et ultra, quia tunc famosus censeatur, nulla facta differentia in quantitate, furcha laqueo suspendatur cum mortis eventu.

Item si quis clandestina furatus fuerit et primum furtum fuerit usque ad summam XX solidorum, puniatur in solidos centum parv. aut fustigetur a ponte veteri usque ad palatium; si vero ultra usque ad summam librarum X, puniatur in libras XXV aut fustigetur et bulletur; si vero usque ad summam librarum XXV solvat libras centum parv. aut oculum perdat; si autem ultra illam quantitatem usque ad summam librarum XL, puniatur in libras centum parv. aut pedem amittat; si vero ultra illam quantitatem furchis laqueo suspendatur. Pro secundo autem furto si fuerit usque ad summam solidorum XX, solvat libras X parv. aut bulletur; si vero ultra usque ad summam librarum X, puniatur in libras L parv. aut fustigetur et bulletur; si autem usque ad summam librarum XXV, solvat libras centum parv. aut oculum et nasum perdat; si autem ultra usque ad summam XL librarum, solvat libras ducentum parv. aut pedem et manum amittat; si autem ultra, furcha laqueo suspendatur. Si vero fuerit tertium furtum vel abinde supra usque ad summam solidorum XX, solvat libras XXV vel bulletur et fustigetur; si autem usque ad libras X, puniatur in libras L parv. vel manum; si autem ultra, suspendatur.

Item si aliquis auxilium vel favorem prestiterit seu dederit alicui depredatori vel furi sive ipsos cum rebus ablatis scienter in domo sua receperit, tenuerit et occultaverit, eisdem penis quibus ipsi depredatores et fures puniuntur subiaceat, salvo

semper quod si aliquis propinquus vel affinis aliquem suum affinem vel propinquum forte in domo sua receperit dummodo ad committendum delictum sibi auxilium vel favorem non fuerit impertitus non similibus penis puniatur sed micioribus secundum arbitrium Potestatis et Consulum.

Item si quis pro furto aut rapina captus fuerit et repertus fuerit, quod alias pro simili delicto fuerit bullatus seu oculum, auriculam vel nasum amiserit et iterum furtum commiserit usque ad summam x librarum, aliud simile membrum ei auferratur; si autem ultra illam summam furcha suspendatur.

Item pro derobationibus et furtis alibi quam in Prata vel Comitatu factis, quilibet per Potestatem Prate possit puniri ac si in Prata vel ipsius Comitatu ipsum delictum commisisset et hoc si de ipso facta fuerit querela et res ablate penes ipsum fuerint invente.

Item si quis retem, nassas, cordas, britivellos seu alia instrumenta ad piscandum vel gamberandum posita, que fuerint aliena de aqua vel aliunde acceperit vel levaverit, solvat solidos XL et dampnum emendet.

Item si quis dederit consilium alicui ad derobationem vel furtum faciendum propter quod consilium tale commiserit delictum ipsum aliter non fecisset, simili pena puniatur cum ipso depredatore vel fure; si autem et sine tali consilio fecisset, puniatur consulens arbitrio Potestatis et Consulum.

Item quilibet teneatur indicare, manifestare et accusare depredatores et fures, alioquin puniatur si siverit et non manifestaverit in libras XXV parv.

Item si quis aliquid quod propter timorem ignis vel aque seu hostium extra domum fuerit eiectum acceperit et occultaverit tamquam fur puniatur ut supra et quod acceperit cum duplo restituat et simili modo puniatur si instrumentum aliquod quod portatum fuerit pro deffensione aque vel ignis aut hostium surripuerit et appellatione instrumenta intelliguntur arma, situle et alia quecumque defensibilia.

Item si quis equos vel equas, boves vel vaccas acceperit et rapuerit palam vel clam

de pascuis animo occultandi siquidem unum vel unam acceperit, puniatur in libras XXV parv. aut manum perdat; si vero plura suspendatur. Si vero porcos, capras, asinos, oves vel alia minora animalia rapuerit, si unum tantum, puniatur in libras X vel fustigetur; si duo et ultra usque ad decem in libras XXV parv. aut manum perdat; si ultra suspendatur.

Item si quis concusserit seu scassaverit manum, bursam, sinum vel gremium alicui ita ut pecunia vel alie res quas haberet caderent ut ipse vel forte alter ipsas acciperet et pecunia vel alie res ceciderint sive ipse concutiens ipsas habuerit vel alter ipsas acceperit, puniatur in libras V parv. et similiter puniatur ~~nisi forte statim sine aliqua querela res concussas restitueriat~~ qui ipsas acceperit, nisi forte statim sine aliqua querela res concussas restitueritt.

Item si quis in via publica vel clausura foris domo vel alibi aliquam rem invenerit, que sua non sit, statim ipsam rem presentet Potestati et dicat ubi ipsam invenerit, alioquin si ipsam tenuerit et occultaverit tamquam fur puniatur.

Item si aliqua res furto surrepta et non cognoscatur seu sciat quis fuerit fur et inventa fuerit apud aliquem, ipse penes quem inventa fuerit, teneatur dicere et nominare a quo ipsam rem habuerit, alioquin ipse fur censebitur et si furem indicaverit et nominaverit penam furti effugiet sed rem domino restituere teneatur.

XXXI. De invasione domus alicuius

Item si quis domum, canipam vel stationem clausas cum serra vel aliter intraverit forte serram frangens vel aperiens cum aliquo instrumento vel quocumque alio modo intraverit preter domini voluntatem [?] siquidem de ea aliquid acceperit, tamquam fur puniatur secundum modum supradictum; si vero nichil asportaverit, puniatur in libras centum parv. propter introitum temerarium.

XXXII. De introitu orti alterius.

Item si quis ortum clausum seu viridarium preter domini voluntatem causa accipiendi fructus introierit, puniatur in libris XXV parv. et reficiat dampnum.

XXXIII. De furtis factis in hospitio.

Item si furtum factum fuerit alicui in aliquo publico hospitio sive hostiario per familiares servos vel liberos hospitis sine conscientia hospitis, ipse hospes teneatur dampnum emendare; si vero fuerit de hospitis conscientia ipse tanquam fur puniatur una cum familiari suo et hoc sive ipse hospes rei surrepte acceperit custodiam sive nondum tamen in domo sua furtum factum fuerit et per suos familiares et idem intelligatur si res in custodia sua receperit et a quocumque sive familiare sive extraneo furtive fuerint sublate, quoniam postquam salvandas res receperit dampnum a quocumque datum per furtum reficere teneatur.

XXXIV. De fure interfecto

Item siquis in domo sua furem de nocte invenerit et ipsum capere non potuerit, ut puta, quia se deffendat vel cum rebus ablatis fugiat, ipsum impune occidere dummodo ita clamet contra ipsum vel post ipsum quod audiri possit.

XXXV. De eo qui quempiam ante domum suam assaliverit.

Item si aliquis quempiam ante domum suam assaliverit seu agressus fuerit et ipsum sub porticu domus percusserit cum sanguinis effusione vel sine, condempnetur in duplo eius in quo condempnari debuisset si alibi hoc commisisset secundum quod superius suis capitulis de feritis continetur. Si vero domum intraverit et ipsum in domo percusserit, condempnetur in libras ducentum parv. aut perdat manum. Si vero domum per violentiam intraverit ut res inde asportet et aliquid de ipsa domo accipiat et asportet, tamquam publicus derobator puniatur secundum formam superius contentam capitulo de depredatoribus, et restituat res ablatas cum duplo et credatur de rebus ablatis simplici sacramento domini domus et si dominus domus ipsum in ipsa domo interficeret, nulla pena puniatur.

Item statuerunt quod appellatio domus intelligatur tam propria quam conducta sive gratis concessa.

Item quod in omnibus supradictis criminibus tam depredationis quam furti vel violentie malefactor ipsi pleniter fuerit corporaliter vel pecunialiter, teneatur res ablatas restituere cum dampno et expensis et re-ficere illis contra quos talia commiserit.

XXXVI. De eo qui violenter acceperit rem quam putabat suam fore.

Item si quis aliquam rem quam suam fore putabat per violentiam alicui abstulerit, videns sibimet rationem sive iustitiam, pro tali temeritate si fuerit sua ipsa res ipsius domini privetur et condempnetur in libras V parv.; si autem fuerit aliena ipsam restituat et condempnetur quantum ipsa res valet ad dandum de suo. Si vero rem aliquam per violentiam animo derobandi et ipsam lucrandi acceperit, subiaceat penis supra contra depredatores contentis, et ex qualitatibus personarum et rerum modis et verbis concipia-tur animus talia committentis, scilicet si hoc fecerit animo derobandi vel ius sibi dicendi.

XXXVII De falsariis.

Quia falsariorum crimen omnibus comuniter est nocivum, statuerunt quod si quis monetam falsam fabricaverit, fecerit vel formaverit seu stampa-verit per se vel alium seu fabricanti vel formanti auxilium dederit vel favorem, igne concrematur ita quod moriatur.

Item si quis scienti dolo comunicato cum fabricante falsam monetam expen-diderit seu ipsam usus fuerit simul, concremationis pena puniatur.

Item si quis domum suam ex certa scientia commodaverit ad fabricandum falsam monetam, similiter concrematur; si vero preter suam conscientiam in ipsa domo sua fuerit fabricata et ipse in civitate, castro vel villa fuerit ubi domus sua sita est tunc temporis propter suam negligentiam, perdat domum Dominio applicanda, nisi statim cum sciverit illud crimen manifestaverit; si vero absens fuerit domum non perdat. Ab hac autem pena amissionis domus exceptantur viduae et impuberes ignorantes.

Item si quis aliquam monetam auream vel argenteam tonsaverit vel raserit vel stronzaverit, ut iuxta vulgare loquatur, puniatur in libras x parv. pro qualibet moneta.

Item si quis aliquam monetam argenteam fecerit deaurari, puniatur in libras tres parv. et similiter si ipsam ex certa scientia expenderit vel ipsam usus fuerit.

Item quod quilibet possit falsarios monetarum propria auctoritate capere et ipsos iudicio presentare.

Item si quis sciverit aliquem fabricantem falsam monetam vel auxilium sive favorem ad hoc prestantem, seu ipsam tonsantem vel expendentem vel penes se habentem et non accusaverit ipsum, condempnetur in libras x parv.

Item si quis inceperit falsam monetam fabricare et antequam ipsam reducat in forma peniteat, venia dignus est.

Item si quis tabellio falsum instrumentum scienter conscripserit pecunia vel alio premio seu amore vel odio, puniatur in libras cc parv. vel manus dextere amputatione puniatur et post ipsam condempnationem privatus sit ipso facto officio tabellionatus et post confectis instrumentis per ipsum nulla fides adhibeatur, prius autem facta si vera (ne) fuerit valeant sed alteri Notario committantur scribenda.

Item si quis instrumentum falsum fieri fecerit seu ad ipsum faciendum auxilium prebuerit vel favorem seu illud dictaverit ex certa scientia aut consilium ad conficiendum prestiterit, puniatur in libras xl parv. vel fustigetur et nares ei scindantur.

Item si quis de aliquo instrumento dictionem vel silabam abraserit vel deleverit et ipsam aliter scripserit per quod de ipso instrumento mutatum fuerit aliquod ad dampnum alicuius, condempnetur in libras centum parv. vel bulletur et fustigetur.

Item si quis aliquo instrumento falso quod ipsemet fieri non fecerit nec operam ad faciendum dederit ex certa scientia usus fuerit in iudicio, puniatur in libras x parv. nisi cum oppositum fuerit ei quod falsum sit, dicat se nolle ipso uti et desistat ab usu ipsius, quia tunc veniam mereatur sed ipsi instro ulterius nulla fides adhibeatur.

Item si quis fraude et dolo in alterius lesionem sibi nomen, prenomen vel cognomen mutaverit sive in instrumento sive in testamento vel aliter, puniatur in libras XL parv. vel perpetuo banniatur.

Item si quis sigillum alterius falsaverit vel litteras falsas nomine alterius preter eius conscientiam scripserit vel cum suo sigillo sigillaverit, puniatur in libras XL parv. vel incarceretur per annum.

Item si quis in testamento alicuius testantis quod scribebat propria manu sibi scripsit legatum vel aliquod emolumentum deberi, puniatur in libras XXV parv. vel incarceretur per menses sex nisi petat veniam propter ignorantiam vel aliam causam et dicat se nolle habere id quod scripsit.

Item si quis vino, blado, oleo, cera, piperato, piperi, croco seu cuilibet alii merci [re] fraudolenter nocendi vel lucrandi animo aliquod immiscuerit preter ipsarum rerum vel mercium naturam, si id mortiferum fuerit vel venenosum, igne concremetur; si vero non fuerit mortiferum vel venenosum sed solum ut mercium pretium amplificetur, puniatur in libras XXV parv. vel eius nares scindantur.

Item si quis testis productus per aliquem falsum testimonium in iudicio vel extra pretio vel prece, amore vel odio fuerit convinctus dixisse, puniatur in libras L parv. vel linguam amittat et exinde tamquam infamis et periurus habeatur et ipsius testimonio in iuditio vel extra fides nulla nullatenus habeatur et augeatur vel minuatur supradicta pena secundum enormitatem vel levitatem delicti et dampni ~~dati~~ quantitatem quod propter tale sacramentum datum est et dampnum emendet passum; si vero propter tale sacramentum et testimonium falsum mors vel alia pena corporalis imposita fuerit, simili pena puniatur falsus testis predictus.

Item si quis iudex, consul vel arbitri pretio vel prece corruptus falsam sententiam

protulerit, puniatur in libras L parv. vel linguam perdat et sententia iuribus careat et ipse de cetero sit potestate iudicandi privatus et dampnum emendet. Si autem ex tali sententia corporalis fuerit pena irrogata, simili pena puniatur qui ipsam protulerit.

Item si quis iudicem vel testem corrumperit et ipsum induxerit per se vel per alium pretio vel prece ad prohibendum[sic] falsum testimonium vel falsam proferendi sententiam, condempnetur simili pena cum iudice vel teste ut supra continetur proximo capitulo.

Item si quis in iuditio deferente Potestate vel parte paratum se obtulerit et manum levaverit iurare se non teneri quod ab ipso petebat et antequam iuraverit adversarius dicat se velle probare id quod negabat et probet legitime, puniatur in libras X parv. et deinde tanquam periurus confessus quemadmodum si iurasset et contrarium postea probatum fuisset augendo et minuendo penam secundum formam contentam supra capitulo.

Item si quis duobus vel pluribus diversis temporibus eandem rem vendiderit, donaverit vel pignoraverit sive alio quocumque contractu alienaverit vel obligaverit, condempnetur in libras X parv. et omne dampnum emptori quem decepit emendet.

Item si quis falsas urnas, quartos, metretas, stateras, balanceas sive queris alia pondera vel mensuras habuerit vel tenuerit sive ipsis vendendo vel emendo usus fuerit aut in eis aliquid fecerit, posuerit, addiderit, detraxerit vel applicaverit quo plus vel minus ponderetur vel teneatur, condempnetur pro qualibet vice in solidos centum parv. et omne dampnum ex hoc datum emendet.

Item si quis urna, quarta, mezena, quartarolo vel metreta usus fuerit que non fuerit per officiales cum suis bullis vel signis assagate, mensurate et approbate et si iuste fueriat, condempnetur in solidos XL parv.

XXXVIII. De incendiariis.

Item si quis proprie salutis ignarus dolo et fraude aliquam domum vel habitationem in terra Prate vel Comitatu, igne apposito, consumpserit, ita quod ipsius facto vel mandato seu auxilio ipsa

domus combusta fuerit, condempnetur in libris cc parv. et dampnum quod inde secutum etiam refficiat vel igne concremetur. Si vero non dolo et fraude hec commiserit sed forte aliqua culpa vel negligentia, condempnetur in libris xv parv.; si autem fortuito casu hoc evenerit, veniam mereatur. Sed si instigante diabolo terram Prate vel Sacillotum cupiens comburere ignem in aliquo loco imposuerit sive terram intraverit animo et proposito ponendi ipsum et ad ipsum ponendum operam dederit ita quod per ipsum non steterit quominus ipsum delictum perfecerit sed quia non potuit, igne concremetur taliter quod moriatur.

Item si quis contra salutem hominum et bonorum commodum incantationibus seu sortibus usus fuerit, puniatur in libras L parv. vel fustigetur et bulletur, et si forte ex hoc mors fuerit secuta, igne concremetur.

Item si quis in circulo vel alio loco aliquas demonum coniurationes seu incantationes dixerit vel fecerit ut forte tempestates vel alia mala proveniant vel ut mulieres ad libidinem provocent vel alia similia accedant etiam si forte aliquid bonum temporale ex hoc evenire speraret, puniatur ut supra.

Item si quis incantationes seu sortes fecerit pro furtis inveniendis vel aliis devinandis, ut plures faciunt, puniatur in libris xxv parv. vel fustigetur.

Item si quis incantationes, malefitia vel sortes verbo vel facto, potu vel cibo fecerit propter que aliquis infatuetur vel forte coire cum aliqua muliere non possit seu ad unam solum mulierem duntaxat affectationem habeat et cum ista sola carnalem copulam, puniatur in libras centum parv. vel igne concremetur.

Item si quis alicui viro vel mulieri aliquod poculum dederit propter quod ipse vel ipsa diligat eum seu ad hec aliquas incantationes, coniurationes vel malefitia fecerit, puniatur in libras L parv. vel fustigetur, salvo quod si mors ex hoc acciderit igne comburatur.

Item si quis alicui mulieri salamandram vel mandragolam seu aliam potionem dederit preter medicorum consilium ut impregnetur et concipiat, etiam si bono animo fecerit, p-

condempnetur in libras XXV parv. vel fustigetur, salvo semper si mors ex hoc fuerit secuta ut supra.

Item statuerunt quod in omnibus supradictis statutis ubicumque de aliquo fit mentio in masculino genere, idem intelligatur et de feminino ita quod in omnibus masculinum genus concipit femininum.

Item quod in omnibus tam supradictis quam infrascriptis criminibus licet quis condempnatus existat sive corporaliter sive pecunialiter in quo minus teneatur ultra ipsam penam omnia dampna et expensas satisfacere ei qui propter ipsum delictum ipsam et ipsas sustinuerit et bona ablata restituere pro his bona ipsius malefactoris obligata intelligantur.

Item quod in omnibus et singulis bonis dampnatorum in penis infligendis, salva sint iura uxorum, filiorum et aliorum creditorum, nolentes quod pro aliquo malefitio bona dampnatorum confiscentur, imo suis successoribus remaneant salvo pro crimine proditionis secundum modum declaratum supra capitulo de proditoribus.

XXXIX. De dampnis datis ex pluribus causis et excessibus perversorum.

Item statuerunt quod si de domo in qua aliquis habitat sive sua sive conducta vel gratis concessa fuerit aqua lavature, stercora, urine, fustes, lapides seu quevis alie res in viam publicam seu in locum per quem iter est publicum iacte fuerint, per quas dampnum alicui datum sit siquidem in personis hominum datum fuerit, dum tamen hoc ex proposito et dolo factum non sit, habitator ipsius domus condempnetur in libras V parv.; sin autem in animalibus et rebus aliis reatum fuerit, condempnetur in solidos XL parv. et utroque casu dampnum emendet.

Item si quis in viam publicam de fenestris vel hostiis proiecerit feces, stercora, urinas, lavaturas et alias sordes, solvat solidos X parv.

Item si quis vitem alterius iam uvas producentem seu arborem altam in qua ipsa vitis posita foret inciserit sive aliter devastaverit propter quod deperdita fuerit, condempnetur in solidos XL; si vero non fuerit totaliter devastata ita quod fructificare possit, condempnetur in solidos XX parv.; si autem vitis iuvenis vel arbor iuvenis nondum

fructifera, condempnetur si morta fuerit in solidos XX parv.; si vero aliter devastata in solidos V parv. et omnibus casibus dampnum emendet.

Item si quis alienam quamlibet arborem fructiferam silicet pomum, pirum, nucem, ficum, cerasum seu cuiuscumque alterius conditionis vel speciei aliter exciserit, condempnetur in frix. XL; si vero ipsam aliter devastaverit silicet deglebando ramos, incidendo, scorzando, forando, secando seu quovis alio modo ledendo, condempnetur in solidos XXV et dampnum emendet utroque casu.

Item si quis alienas vites vel arbores plantatas que nondum radices emiserint evulserit ~~seu~~ eradicaverit sive propagines ~~et~~ encalma devastaverit, inciserit vel apportaverit, condempnetur in solidos X pro qualibet et dampnum emendet.

Item si quis in aliena clausura, fundo, nemore vel horto ligna alicuius ministerii sive constructionis domorum inciserit, si vero lignum illud fuerit bordonale vel trabis, condempnetur ~~in solidos XX parv.~~ pro quolibet in frix. XL, sin autem ab inde infra lignum fuerit misterii, condempnetur in solidos XX parv.; si vero ligna solum fuerit ad comburendum pro qualibet vice qua inventus fuerit ipsa incidere, etiam si plura fuerint, condempnetur in ~~soli~~ solidos XL parv. et omnibus casibus dampna emendet.

Item si quis ignem in aliquo campo, fossato, palude, pascuis, prato sive alio loco posuerit per quem vites, arbores, plante vel segetes exuste fuerint vel devastate, si vero hoc dolo et fraude fecerit, condampnetur in libras X parv. Si autem a casu idest sine animo nocendi ex quadam negligentia, ut quia forte volebat comburere spinas cepos vel herbas et ignis propter malam suam custodiam ultra vagans nocuit, condempnetur in solidos XL parv. et utroque casu dampnum emendet.

Item si quis vendiderit carbonem aut ligna cuiuscumque conditionis existant et conduxerit aut conduci fecerit extra Comitatum Prate sive forensis sive districtualis sine licentia omnium Dominorum, cadat in pena X XV librarum parv. cuius pena C solidorum accusanti et reliqua pena dominis Prate applicetur.

Item si quis in nemore alieno ignem miserit dolo vel fraude, condempnetur in libras x parv.; si autem a casu ut supra proximo capitulo condempnetur in solidos xl parv. et utroque casu dampnum emendet.

Item si quis in paludibus vel pratis alienis ignem miserit, solvat frix xl et dampnum emendet.

Item si quis in pratis, vallibus vel paludibus alienis herbam secaverit, solvat solidos x parv. et dampnum emendet.

Item si quis de alienis clausuris vel campis uvas vel segetes seu alios fructus acceperit, condempnetur in solidos xxv parv. et dampnum emendet.

Item si quis in clausuris, campis vel pratis alienis et precipue in pratis postquam fuerint bannita, bestias duxerit vel dimiserit propter ~~condempnetur in solidos xxv parv.~~ malam custodiam per se ipsas ire, solvat solidos x parv. et dampnum emendet.

Item si quis equum, equam, bovem, vaccam, asinum, asinam, porcum, porcam, capram, hircum, arietem, pecudem vel agnum sive aliquod aliud animal ira vel odio interfecerit, condempnetur in solidos xl parv. et dampnum emendet. Si vero vulneraverit vel aliter leserit solvat solidos xx parv. et dampnum emendet utroque casu. Si autem anserem, galinam vel alia minora animalia, si mortua fuerint solvat solidos x parv.; si aliter lesa solidos v parv. et dampnum emendet.

Item si quis vestes, pannos, vasa, archas, lebetes, calderas et res alias quaslibet maniatas (sic) alienas corruperit, inciserit, maculaverit, leserit vel aliter devastaverit, solvat solidos x parv. et dampnum emendet.

Item si quis domum alienam devastaverit auferrendo de ipsa parietes, trabes, cuppos seu alia que ad edificium spectant, condempnetur in solidos c parv. et si ex hoc forte domus corruerit, condempnetur in libras xx parv. et utroque casu dampnum emendet, quod si condempnatus dampna satisfacere non potuerit, fustigetur.

Item si quis equum in quo alter sedebat fugaverit, incitaverit vel clamaverit contra ipsum et propter id equus fugam rapiens aliquem occiderit vel de ipso ceciderit equitans et mortuus fuerit, condempnetur in libras L parv. vel manum perdat; si autem

non mortem intulerit sed aliam lesionem vel dampnum fecerit, condempnetur in libris v parv. et dampnum emendet.

Item si quis magno pondere oneratus quod sustinere non poterat pondus deposuerit et aliquem percusserit, si ex hoc mors secuta fuerit, condempnetur in libras XXV parv. vel bulletur; si vero alia lesio vel dampnum datum fuerit, condempnetur in solidos XL parv. et damnum reficiat.

Item si quis per terram Prate usque extra portes currum cum armentis vel caretam cum iumentis duxerit et non tenuerit manum ad timonem ita quod armenta vel iumenta vagari non possint, solvat solidos v parv. et si forte ex tali eius negligentia dampnum datum fuerit, solvat solidos XX parv. et dampnum reficiat.

Item si quis canem incitaverit et sollicitaverit ad mordendum hominem et momorderit, condempnetur in solidos C parv. et si forte mors exinde secuta fuerit, capite puniatur; si autem aliud animal in solidos v parv. et in omnibus dampna emendet.

Item si quis in aliquo suo campo vel prato aliquod animal invenerit dampnum sibi faciens et ipsum interfecerit vel aliter leserit seu fame inclusum perire dimiserit, condempnetur in solidos XXV parv. et dampnum reficiat.

Item si quis currendo cum equo seu sagittando, balistando, lapides, fustes, seu alia projiciendo aliquod animal interfecerit vel leserit, condempnetur in solidos XXV parv. et dampnum reparciat; sed si forte ex causa equum ad cursum incitaverit, puta contra inimicos currendo vel tempore publici astiludii vel giostre seu bagordi, venia dignus sit.

Item si quis campo foveas, causa forte capiendi lupos vel alia animalia, seu ex alia causa fecerit ubi publicum iter est et ex hoc dampnum aliquod datum fuerit solvat solidos XL parv. et dampnum reficiat.

Item si quis equum ligatum, mulam, canem vel aliud animal dissolverit et ob hoc dampnum datum fuerit, solvat solidos XL parv et dampnum emendet et hoc sive in animalibus dissolutis sive in aliis vel aliter dampnum secutum fuerit.

Item si quis apes alienas fumo fugaverit vel aliter necaverit, solvat frix. xl et dampnum emendet.

Item si quis palatas, hostia vel spinatas seu alias clausuras alienorum hortorum acceperit vel fregerit, solvat solidos xx parv. et dampnum emendet.

Item si quis muros, spalta, spinatas seu alia fortilitia terre Prate vel Sacillotti acceperit, fregerit vel devastaverit, solvat solidos xl parv. et dampnum reficiat.

Item si quis ad defensionem ignis, aque vel inimicorum, cum fuerit necesse, non currerit ad sonum campane vel ad alium publicum rumorem, solvat solidos xl parv.

Item si quis aliquem pontem singularem in terra Prate vel extra terram, supra viis publicis seu viam ~~publicam~~ aliquam ex pacto vel ex consuetudine obligatus fuerit seu ipsis aptare et construere et non fecerit, pro qualibet vice solvat solidos x parv. et omne dampnum quod propter hoc secutum fuerit reficere teneatur.

Item si quis fossata sua que vocantur tratoria per que aqua de terra Prate discurrit ad Businum non tenuerit bene aperta, bene aptata ita quod aqua libere discurrere possit, pro qualibet vice solvat solidos v parv.

Item si quis ignem fecerit vel tenuerit in aliqua domo ubi non sit murus iuxta quem fiat ignis et supra ignem caminum vel graditium maltatum, solvat solidos xl parv.

Item si quis facem accensam, paleas vel stramina accensa de nocte per terram Prate vel Sacillotum portaverit, solvat solidos v parv.

Item si quis equum, mulum, ursum, canem seu aliquod aliud animal ligaverit in loco ubi est publicum iter et dampnum fecerit, solvat solidos xx parv. et dampnum emendet.

Item si quis dimiserit equum dissolutum vel equam sive mulam ire ad aquam vias per terram, solvat solidos v parv. et si dampnum dederit satisfaciat ipsum.

Item si alicuius equus, bos, asinus, canis seu quodlibet aliud animal quadrupes cornu petiendo, calcitrando, mordendo, conspirmendo vel aliter ex lascivia et feritate, saltando

~~animal alterius~~

alterius animal interfecerit vel leserit, dominus illius animalis quod nocuit dampnum emendare teneatur vel animal ipsum quod nocuit tradere pro ipso dampno domino cuius fuerit animal mortuum vel lesum salvo quod si animal quod mortuum fuerit vel lesum prius insultum fecisset contra illud animal quod nocuit et sic ipsum concitasset ad iram et feritatem, quia tunc dominus ipsius in nichilo teneatur et eadem observentur de animalibus bipedibus si contingat per ipsa dampna secundum modum predictum dari.

Item si quis per clausuram, pratum vel campum alienum in quo non sit consuetudo viam vel iter seu troyum esse, viam, iter vel troyum fecerit seu per ipsos cum curribus vel equis iverit, solvat solidos XX parv. et dampnum emendet.

XL. De medicis

Item si quis medicus phisicus vel zirvachus 1) aliquem infirmum quem in cura haberet ex impericia perperam curaverit ita quod ex hoc infirmus mortuus fuerit, condempnetur in libras L parv. vel manum perdat; si autem non fuerit mortuus sed aliter debilitatus et lesus ita quod propter hoc aliquod membrum amiserit, solvat libras XXV parv. vel per annum carceretur. Si vero nullum membrum perdiderit sed longam infirmitatem habuerit vel alia dampna sustinuerit propter malam curam, condempnetur in libras X parv. et omnia dampna et expensas restituat; si autem dolo et fraude ipse medicus supradicta commiserit, subiaceat penis quibus venefici subiciuntur supradictis capitulis, item ea pena.

XLI. De sartoribus

Item si quis sartor aliquam vestem, caputeum vel caligas receperit ab aliquo ad faciendum et inciserit ac promiserit infra certum terminum ipsam vestem, caputeum vel caligas perficere et non perfecerit infra illud terminum, solvat solidos X parv.; si per suam imperitiam ipsam vestem, caputeum vel caligas vituperaverit vel devastaverit solvat

1) cioè ~~girurgo~~. Ciroico

solidos XX parv. et dampnum emendet.

XLII. De pelliparii

Item similibus penis puniantur pelliparii et cerdones qui de alienis pellibus promiserint et receperint facere pellicias vel calciamenta seu alia paramenta, si non compleverint infra terminum promissum seu ipsa devastaverint.

XLIII. De marangonis

Item si quis marangonus promiserit, recepta mercede vel promissa, construere domum, archam, pontem, vasa, currum seu quevis alia spectantia ad artem suam et ipse non compleverit infra terminum a se promissum, solvat solidos XX parv. et interesse prestet, et si aliquid ex iis vituperaverit vel devastaverit solvat solidos XL parvorum et dampnum emendet et eadem intelligantur de fabro et quolibet artefice qui operas suas locant ad aliquod faciendum et construendum.

XLIV. De tabernariis, becchariis, pancogolis et aliis stacionariis

Item si quis vinum vendiderit ad spinam scilicet ad minutum antequam Consules, seu qui ad hoc fuerint deputati ponant supra vase bullitinum suum, solvat solidos XXV parv.

Item si vinum vendiderit et mensuraverit sine metreta, ut puta avriendo vinum in aliud vas quam in metreta iustificata per officiales, solvat solidos XL parv.

Item si vinum vendiderit cum iniusta ~~mensura~~ metreta, solvat frix. XL et similiter si metretam non impleverit iusto modo.

Item si quis vinum posuerit ad manum ~~[illegible]~~ ad spinam et denegaverit dare de ipso vino alicui petenti qui pecuniam vel pignus offerat, solvat solidos XX parv. et si quis vinum receperit et non solverit vel pignus dederit sed contra voluntatem tabernarii recesserit, solvat frix. XL et pro vino satisffaciat.

Item si quis in aliquo vase postquam ~~fuit~~ positum fuerit ad spinam et bullatum per officiales vinum vel aquam posuerit vel addiderit, solvat solidos centum parv.

Item quod nullus tabernarius tabernam apertam teneat seu vinum vendat post tertium sonum campane que pulsatur de sero propter custodes et tabernas, quod si contrafecerit, solvat solidos XX parv.

Item quod quilibet tabernarius postquam vinum ad spinam posuerit venditum fuerit vel postquam de ipso plus vendere voluerit, pignora ques pro ipso vino acceperit conservare debeat octo diebus, quibus elapsis, sine aliqua denunciatione facienda illis qui pignoraverint ipsa possit facere vendi ad incantum et si emptor non invenerit ea pro se emere possit, restituendo pignorantibus si quid ultra suum debitum de ipsis habuerit et contra ipsos regressum habendo de eo quod sibi defuerit.

Item si quis de nocte in Prata ad taxillos vel aliud ludum - - - - -1) pro pecunia vel alia re luserit, solvat solidos XL parv. - - - nullus audeat de die vel de nocte ludere ut prescribitur in Prata alicubi nisi supra platheam Prate.

XLIV(b1) De becharis

Item si quis macellum seu becharam receperit et promiserit facere carnes, teneatur sufficientes carnes facere, quod si non fecerit, pro qualibet vice solvat frix XL; item iusto ponderet, quod si contrafecerit, puniatur pro qualibet vice in solidos XL parv.

Item quod carnes vendat secundum ipsarum quantitatem scilicet castratinas pro castratinis, pecudinas pro pecudinis et sic de aliis et si forte inventus fuerit aliter facere videlicet defraudando ementes carnes unius animalis pro carnibus alterius vendendo, pro qualibet vice solvat frix XL.

Item quod nullam bestiam vendendam interficiat alibi quam in macello publico, quod si forte in domo vel alibi interfecerit et postea in macello vendiderit, pro qualibet vice puniatur in solidos XL parv.

Item quod teneantur dicti becharii ostendere bestias bovinas et porcinas Iuratis vivas sub pena frix. XL.

Item quod non vendat carnes maiori pretio quam ordinatum fuerit et estimatum per officiales ad hoc deputatos, nec etiam ante vendat quam estimatum sit per ipsos

1) Lacune del codice originale, dal quale fu desunta la copia

officiales, quod si contrafecerit, pro qualibet vice solvat solidos x l parv.

XLV. De pancogolis

Item pancogoli qui panem facere promiserunt, teneantur sufficienter facere panem ita quod haberi possit per homines Prate et Comitatus, alioquin puniatur quilibet contrafaciens pro qualibet vice in frix. x l.

Item quod debeant facere panem secundum pondus deputatum per officiales, alioquin quilibet contrafaciens pro qualibet vice condempnetur in frix. x l.

XLVI. De stacionariis

Item quod nullus stacionarius vendat oleum, caseum seu carnes salatas nisi ipsarum rerum deputatum et constitutum sit pretium per officiales, alioquin condempnetur in solidos x l parv.

Item quod recte ponderet et mensuret, alioquin pro qualibet vice solvat frix. x l.

XLVII. De custodibus diurnis et nocturnis

Item quod quicumque iussus fuerit facere custodiam pontium de die teneatur ad pontem ire antequam aperiatur et stet ad custodiam usque ad elevationem pontis et portarum clausuram, alioquin pro qualibet vice solvat solidos v parv.

Item quod custodes pontium et portarum nullum forensem permittant intrare sine licentia Dominorum vel Potestatis, quod si contrafecerint, pro qualibet solvant solidos x parv., salvo si ad custodiam esset aliquis supracustos qui cognosceret forenses, quia tunc possit usque ad numerum quinque permittere intrare.

Item si aliquis insultum vel iniuriam fecerit custodibus de nocte positis, si cum armis fecerit cum sanguinis effusione, solvat libras x x v parv.; si vero sine armis scilicet verbis, vel contra voluntatem suam steterit in plathea, solvat libras v parv. Si autem custodibus iniuriam fecerit verbis et aliqua arma traxerit contra eos sine ferata, solvat libras x parv.

Item quod custodes qui ordinati fuerint ad custodiam de nocte, teneantur statim post

tertium sonum campane se presentare in plathea illi qui deputatus erit supra ipsos et ipse mittat aliquos ad portas, turres et batifredos et aliquos ordinet stare sub logia qui sic deputati permanere debeant tota nocte ad custodiam ipsorum et si aliquis contrafecerit, pro qualibet vice solvat solidos x parv.

Item quod deputentur duo supracustodes, quibus omni nocte obedire teneantur alii custodes, qui supracustodes similiter stare teneantur vel saltem unus ipsorum per totam noctem sub pena predicta, qui continuo mittat aliquos de custodibus circa terram Prate super argeres seu terraglos qui vocent et excitent custodes de turribus, batifredis et portis, et si aliquis de turribus ~~portis vel batifredis~~ postis vel batifredis ~~vel portis~~ seu vocatus per ipsos qui ita circuunt non responderit, pro qualibet vice solvat grossum unum.

Item quod supracustos etiam de nocte sepe mittat per burgos et vias Prate aliquos ex custodibus de plathea qui videant et custodiant ne fures vel incendiarii dampna facient et si aliquem extra domos invenirent quem non cognoscerent vel suspectum haberent, ipsum capiant vel si capere non possent, ipsum clament et ipsum sequantur cum clamore ut possit ab aliis capi.

Item quod custodes non accipiant palatos, spinatas et hostia domorum vel hortorum seu assides vel parietes vel alia ligna causa comburendi vel aliter occultandi, quod si fecerint, solvant solidos xx parv. et dampnum emendent et eo ipso quod aliquid de supradictis combustum fuerit sub logia, in Ecclesia vel plathea custodes qui illa nocte fuerint, ad penam predictam et emendationem dampnorum teneantur.

Item statuerunt quod si plures ad invicem commiserint aliquod de delictis suprascriptis et infrascriptis statutis contentis, quod quilibet in solidum ad penam teneatur secundum qualitatem ipsius delicti impositam, nec solutione unius alter liberetur sed solum semel in uno tantum fiat dampnorum emendatio et facta per unum alios liberet.

Item si quis campanam sine sacerdotum voluntate pulsaverit nisi pro missa, ave maria, custodibus vel ad stormentum propter inimicorum rumorem, incendii, aque, solvat solidos X parv.

Item si quis tempore quo cantatur missa vel fit predicatio campanam pulsaverit seu alium strepitum vel rumorem fecerit ut divinum perturbet offitium, solvat solidos X parv.

Item quod tempore dierum rogationum quibus fiunt publice processiones cum crucibus, unus vel una ex qualibet domo Prate teneatur sequi cruces, alioquin dominus domus de qua aliquis non iverit, pro qualibet vice solvat unum grossum.

XLVIII De processu contra reum absentem vel contumacem in criminibus faciendo.

Quia plerumque contigit quod reus alicuius criminis ad manum Potestatis propter fugam seu absentiam non pervenerit, statuerunt quod si aliquis fuerit accusatus, denunciatus vel inquisitus de aliquo crimine, qui fugierit vel presens non fuerit, quia tunc Potestas alta voce preconia super plathea Prate faciat ipsum citari quod infra tres dies compareat et coram ipso se presentet ad faciendum man[?]defensionem et excusationem de illo crimine de quo inculpatur et hoc pro prima delatione, in qua si non comparuerit, simili modo et eodem dierum spacio secundo et tertio citetur et proclametur; et si in aliquo dictorum terminorum comparuerit, audiatur et contra ipsum procedatur absolvendo vel condempnando prout in superioribus capitulis de accusationibus et denunciationibus continetur. Si vero non comparuerit, tunc Potestas ipsum faciat per sententiam pronuntiari contumacem et contra ipsum absentem ac si foret presens probatus et inditia recipiat que poterit invenire et omnia contra ipsum dicta vel probata vel per presuntiones et inditia inventa scribi faciat diligenter, quibus peractis faciat ipsum publice in plathea Prate alta voce preconia de terra Prate et Comitatu banniri hoc modo, quod si ad manus Potestatis deinceps seu dominii istius pervenerit, quod ipse

punietur illa pena quam exigit delictum sibi impositum et qua puniendus foret si personaliter inventus fuisset. Si vero post ipsum bannum datum predictus Bannitus ad manus Potestatis vel dominii alio tempore pervenerit et tempore contumatiam facte fuerint probationes contra ipsum per quas ipse presens condempnandus fuisset, tunc statim sine aliqua deffensione puniatur secundum ipsius delicti exigentiam, salvo si manifeste probare posset suam innocentiam, ad quam probandam sibi statuatur terminum competens de arbitrio Potestatis et Consulum moderandus quod tamen audiatur et si ipsam probaverit absolvatur. Si vero tempore contumatie non fuerint facte probationes ut supra sed alie presumptiones et indicia processerint, tunc contra ipsum, auditis omnibus suis deffensionibus procedatur ac si a principio presens fuisset et in fortia dominii positus, secundum formam in superioribus capitulis declarata ut sic vel noxius puniatur vel innocens absolvatur.

Item quod nullus procuratorio nomine alicuius absentis accusati, inquisiti vel denuntiati de aliquo crimine de quo irroganda sit pena mortis vel mutilationis membrorum audiatur nec ad ipsius deffensionem admittatur nisi tamquam excusator ad allegandum forte causas absentie propter quas comparere personaliter non posset et si iustas et legitimas causas allegaverit et probaverit, tune statuatur ipsi reo alius competens terminus in quo verisimiliter, cessante ipso impedimento, comparere possit, in quo si comparuerit vel non, procedatur ut supra.

Item si quis aliquem bannitum in domo sua receperit vel conservaverit seu eidem auxilium vel favorem prestiterit, solvat libras x parv. si bannum mortis vel mutilationis membrorum fuerit, si autem minus bannum, solvat fris. XL.

Item quod quilibet teneatur proclamare contra bannitos si ipsos viderit et ipsos capere si poterit vel saltem cum clamore prosequi ut ab aliis capiantur, quod si viderit et non fecerit solvat solidos XL parv.

Item quod quilibet bannitus banno de quo pena mortis fuerit imponenda, a quocumque possit impune occidi.

Item quod si aliquis de Prata vel Comitatu etiam extra ipsam terram vel Comitatum in quocumque et in alio loco vel [illegible] offensam vel iniuriam aliquam receperit, quod Potestas Prate possit contra ipsum offendentem secundum exigentiam criminis procedere et ipsum punire ac si in terra Prate vel Comitatu ipsum perpetrasset delictum.

XLIX. De causis civilibus et qualiter sit procedendum in eis. De citationibus.

Item statuerunt quod tam in personalibus quam in realibus causis citationes possint fieri per Potestatem seu per preconem mandato ipsius Potestatis.

Item quod fides sit adhibenda relationi preconis publici qui officium iuraverit fideliter facere de citationibus factis per ipsum.

Item quod in qualibet causa personali scilicet ubi aliquod debitum petitur, possit quis citari a principio ut responsurus veniat de die in diem si in Prata fuerit vel Comitatu; si autem extra Pratam fuerit, tunc fiat citatio et statuatur terminus secundum distantiam loci. Si vero citetur aliquis in causa reali, ut puta, si ab ipso petatur aliqua res immobilis, tunc si in Prata vel in Comitatu fuerit et suo nomine agatur contra ipsum fiat prima citatio per tres dies; si autem extra Pratam fuerit secundum distantiam locorum statuatur ut supra. Si autem hereditario nomine alieno contra ipsum agatur, tunc fiat prima citatio per spacium sex dierum si in Prata vel Comitatu fuerit, aliter ut supra.

Item quod quilibet citandus in quacumque causa requiratur diligenter si personaliter inveniri poterit ut personaliter citetur; si vero inventus non fuerit, tunc preco faciat relationem quod ipsum personaliter invenire non potest, qua facta, vadat preco ad domum sue habitationis et alta voce citet ipsum vel alium volentem respondere pro ipso quod venire et comparere debeat tali die coram domino Potestate responsurus tali de iure, alioquin quod ipse Potestas procedat contra ipsum in quantum fuerit rationis et taliter facta citatio perinde valeat ac si personaliter fuisset citatus.

Li. De modo procedendi inter presentes et de satisdationibus fiendis
et dilationibus dandis

Item si facta citatione secundum modum supradictum partes compareant principaliter per se ipsos in causa in propriis nominibus agatur si petat aliqua partium satisdationem de expensis et persone sint pauperes et non possideant immobilia, tunc cautio antequam ad alia procedatur, prestent de expensis solvendis in casu victorie hinc inde; quod si forte ambe partes vel altera ipsarum ipsam satisdationem prestare non potuerit et hoc sacramento firmaverit se se operam bona fide dedisset et non potuisse ipsam invenire, tunc solum prestet iuratoriam cautionem cum suorum bonorum obligatione. Si vero ipse partes vel ipsarum altera possideat immobilia in terra Prate vel Comitatu, sic possidens nullam teneatur satisdationem prestare, qua autem satisdatione prestita, si causa fuerit personalis silicet si aliquod debitum petatur cuiuscumque conditionis existat, tunc facta petitione actoris, reus presens respondeat confitendo vel negando, et si confessus fuerit debitum petitum, Potestas statuat sibi terminum competentem secundum qualitatem personarum et debiti quantitatem suo arbitrio moderandum ad solvendum debitum nominatum sub certa pena silicet quarti vel alia prout magis videbitur expedire. Si vero reus negaverit et Potestas dicat si iurare vult se non teneri ad id quod petitur et iuret, permittente actore, tunc statim absolvatur; si autem dicat actor se probare velle quod petit et habuerit paratas probationes, statim ipse audiatur. Si autem non habuerit, statuatur sibi pro prima dilatione terminos ad probandum silicet trium dierum si probationes dicat habere in Prata vel Comitatu; et si in prima dilatione aliquid fecerit sed non potuerit plene producere, statuatur sibi secunda dilatio et demum tertia et peremptoria et contineat quelibet spatium trium dierum, in qua si non probaverit suam intentionem nullatenus audiatur nisi probare possit se iusto impedimento fuisse impeditum et per ipsum non stetisse propter quod probare non potuerit in quo casu

statuatur quarta dilatio et ultra semper impedimento probato. Si vero suam probaverit intentionem, proferatur sententia ut inferius apparebit. Si autem probationes dicat se habere extra Pratum vel Comitatum statuantur indutie secundum distantiam locorum arbitrio Potestatis et Consulum.

41 De terminis datis pro fictibus laboratoribus et dotibus.

Item statuerunt quod in caussis fictuum et salariorum seu mercedum laboratorum et dotium procedatur summarie et de plano et quod in parva dilatione tales questiones finiantur et quibuscumque diebus et feriatis, exceptis feriatis in honorem Dei et etiam Sanctorum, quibus etiam per pactum partes renuntiare non possint; aliis autem feriis renuntiare possint si voluerint in qualibet causa.

Si vero aliquis non suo nomine sed hereditario nomine alicuius in personali actione tunc comparentibus partibus et facta petitione si reus petierit indutias ad informandum se de iuribus suis, statuatur sibi dilatio octo dierum, in qua comparens teneatur respondere negando vel confitendo ut supra proximo capitulo et procedatur ut ibi.

Si vero citatus non comparuerit personaliter sed per procuratorem prestita satisdatione de iuditio sisti et iudicati solvendo per ipsum nisi fuerit a Domino solempniter relevatus in instrumento procurationis, quia tunc solum prestet satisdationem de expensis secundum formam proximo capitulo, dum ipse procurator petat dilationem ad informandum se cum principali, ipsam habeat secundum arbitrium Potestatis et hoc si fuerit absens constitutus; si autem presens minime dilationem habeat sed statim respondere teneatur. Si vero actor constituerit procuratorem ad petendum et ipse procurator compareat et petat indutias ad informandum se cum principali, ipsam non habeat quantum ad petitionem faciendam, sed si petierit forte ad investigandum si actor aliquid recepisset in solutione de hiis que petit, ipsam habeat secundum arbitrium Potestatis et Consulum.

Ceterum si quis citandus fuerit proprio nomine pro aliqua re immobili qua possideat, citetur per spatium trium dierum quod veniat responsurus si fuerit in Prata vel Comitatu,

si vero extra statuatur terminum secundum distantiam loci ut in superioribus et si comparuerit et dicat se forte habere manutentorem seu deffensorem rei petite et dilationem petat ad notificandum sibi et denuntiandum antequam respondeat, ipsam habere debeat octo dierum in qua faciat manutentorem suum citare quod veniat ad causam deffendendam, qui si citatus non venerit, habeat secundam et tertiam quarum qualibet contineat spatium octo dierum et si in tertia non comparuerit manutentor, accusata ipsius contumatia et reservato omni iure illi qui ipsum facit citari, contra ipsum teneatur conventus respondere et procedere in causa.

Sin autem quis tamquam heres citetur alterius pro aliqua re inmobili et comparens petat terminum ad informandum se de iuribus suis, ipsum habere debeat decem dierum et postea si comparuerit et dicat se habere manutentorem secundum modum supra proximo capitulo contentum, habeat tertiam dilationem quarum qualibet spatium decem dierum contineat et postea procedatur.

Item si quis petat advocatum detur sibi et si ipsum statim invenire non posset, statuatur terminus ad inveniendum arbitrio Potestatis. Si vero causa fuerit incepta in qua advocatum habuerit et in aliquo termino fuerit absens.... advocatus comparens petat dilationem ad producendum, ipsam habeat dilationem secundum voluntatem Potestatis ad comparendum cum ipso advocato vel cum alio informato et tunc procedatur in causa.

Item statuerunt quod in qualibet causa si aliqua partium petierit, iuretur de calunnia hoc modo silicet quod partes iurent quod tam inagendo quam in deffendendo credant iuste litigare, item quod in tota causa respondebunt veritatem de hiis que petentur ab eis et quod nullam indutiam petent causa differendi litem sed solum quia putaverint fore necessaria et quod nichil promittent Potestati, Consulibus nec aliqui alteri propter quod falsa proferatur sententia et id sacramentum in qualibet parte litis prestari possit semel tantum.

.L.II., De procuratoribus et de hiis qui alios deffendunt sine mandato seu pro aliis agere possunt. ....

Item quod nullus possit esse procurator in iuditio qui minor sit XX annis et
non possit quis esse procurator pro aliquo forense contra aliquem vicinum Prate
vel Comitatus et si fuerit repellatur et solvat ~~centum~~ soldos centum pene., salvis aliis
exceptionibus que de iure possent obici procuratori.

Item quod nullus sine mandato in iuditio agere possit contra aliquem nomine
alieno nisi fuerit persona coniuncta, que admittitur, prestita satisdatione
quod ille pro quo petit ratum habebit quod factum fuerit per ipsum, et intel-
ligantur hoc casu coniuncte persone, parentes filii et nepotes et e converso fratres
ad invicem et consanguinei omnes et affines, maritus pro uxore et e converso
socer pro nuru, liberi pro patronis et e converso et alie omnes que coniuncte
de iure dicantur.

Item quod quilibet et sine mandato possit alium deffendere, prestita prius
satisdatione de rato et iudicato solvendo ac iuditio sisti.

Item quod nullus procurator ad causas possit alium procuratorem substituere
nisi habeat in mandatis ad substituendum et non possit finem et remissionem
facere seu solutionem recipere nisi ad hoc habeat speciale mandatum vel gene-
rale cum libera administratione et similiter compromittere non possit nisi spe-
ciale vel generale mandatum cum libera administratione habeat.

Item procuratores ad causas tam actores quam rei antequam audiantur satis-
dent scilicet procurator actoris de rato et procurator rei de iudicato solven-
do nisi a dominis fuerint relevati in iuditio vel instrumento ab onere satis-
dandi cum ipsorum dominorum obligatione bonorum.

Item si quis forensis aliquem de terra Prato seu Comitatu citari fecerit et
ab ipso aliquid petierit in iuditio et ipse de Prato etiam
ab ipso aliquid petere voluerit, ~~et ipse de Prato etiam ab ipso aliquid petere~~
~~voluerit,~~ teneatur ille forensis coram Potestate Prati sibi respondere et sa-
tisdationem prestare de eo de quo fuerit condempnatus et de expensis, aliter
non audiatur, et hoc si ipse de Prato statim in principio cause ab ipso
forensi petere inceperit, alioquin non, et intelligatur isto casu petere in prin-
cipio semper antequam forensis super sua petitione aliquas probationes inducat.

Item quod ubicumque fit memoratio de satisdatione, intelligatur quod prestent cum fide vel datis pignoribus.

LIII. Qualiter terminus dari debet pro producendo testes vel dicta ipsorum.

Quoniam sepius reus negat que petantur ab ipso, statuerunt quod comparentibus partibus et reo negante tam in personali quam in reali ut dictum fuit superius capitulo, item si facta citatione, statuatur terminus actori ad probandum de iure suo sive per testes sive per instrumenta seu per alium modum quemcumque et dentur dilationes ut supradicto capitulo continetur. Et si ipse actor dicat se testes habere in Prata vel Comitatu in prima dilatione ..... ipsos requirat et si venerint examinentur ut infra patebit. Si vero non venerint requisiti per ipsum actorem, compareat ipse coram Potestate in ipsa dilatione et dicat quod ipsos producere non potest et petat ipsos per Potestatem compelli, quod si non fecerit, privetur productione ipsorum et tunc Potestas compellat, captis pignoribus et aliis modis.

LIV. Quando testes examinari debent.

Demum autem testes venientes examinentur hoc modo scilicet quod primo iurent presentibus partibus vel saltem ad hoc citatis, dicere veritatem de negotio supra quo producuntur, quo quidem sacramento prestito, si causa ascenderet ultra summam librarum XX formentur articulis supra quo deponere debeant et per Potestatem et Consules vel alterum ipsorum Consulum cum Potestate seu per duos ex Consulibus secreto separatim et singulariter quibus testes examinentur et interrogentur quid sciant de contentis in ipso articulo et quod reddat causam sui dicti et interrogetur de circumstantiis scilicet loco, tempore et presentibus et aliis omnibus et dictum cuiuslibet sigillatim scribatur per Notarium et omnium facta examinatione, ut dictum est, dicta ipsorum publicentur coram Potestate partibus presentibus vel ad hoc citatis, et si petita fuerit copia per adversarium, decernatur cum termino opponendi secundum formam contentam infra de exceptionibus. Si vero causa fuerit infra summam librarum XX, tunc possint publice et sine scriptura examinari.

Item si testes fuerint forenses et alterius iurisdictionis ita quod ad presentiam Potestatis venire noluerint, tunc Potestas ~~examinandi~~ litteras suas mittat ad Dominum eorum cum articulo super quo fuerint examinandi, rogans ipsorum iudicem quatenus testes ipsos, delato eis sacramento, compellat deponere et dicta ipsorum suis litteris et sigillo munitis, inclusa mittat.

LV. Qui possint esse testes.

Item quod testis qui ad testificandum vocatur maior sit XIV annis si fuerit masculus, si femina maior XII; item quod non sit filius producentis vel pater seu de aliis ascendentibus vel dependentibus; item quod non sit socius ad quem ipsius litis spectet commodum vel incommodum; item quod non sit mulier in testamentis, in aliis autem testis esse possit; item quod non sint familiares nec quibus imperari possit; item quod non sint perjuri vel infames; item quod non sit frater in causa comuni; item quod non sit sub eadem potestate cum producente; item subornatus vel rogatus seu pretio inductus; item quod alias non sit talis qui a testimonio ex aliis etiam causis que multe sunt, repelli possit.

LVI. Quot testes sufficiant

Item quod ad probationem cuiuscumque negotii sufficiant duo testes qui bone opinionis et fame qui testes sint et concordantes, exceptis testamento et codicillis in quibus plures requiruntur quoniam in testamento sex ad minus preter Notarium, in codicillis autem quinque.

LVII. De probatione per instrumenta.

Item si ad probationem intentionis sue dicat actor habere instrumenta que sint in Prata vel districtu, statuantur dilationes ut supra capitulo; item si facta citatione sint autem extra terram vel Comitatum, statuatur arbitrio Potestatis et Consulum.

Item quod instrumenta que producuntur sint publica et autentica et manu publica facta et originalia et non exempla nisi fuerint auctoritate Potestatis exemplata et non sint corrupta, cancellata, abolita seu in aliqua parte substanciali viciata vel abrasa.

Item statuerunt quod credatur littere et per ipsam fiat plena probatio alicuius qui in ipsa dicat se alteri obligatum ad aliquid dandum vel faciendum et hoc si fuerit sui sigilli impressione vel appensione munita et similiter private scripture scripte manu sua si confiteatur ipsam scripsisse vel si negaverit probari possit ipsum eam scripsisse per comparationem litterarum debito modo factam vel alium legitimum modum.

Item similiter quod credatur private scripture facte manu alterius qui Notarius publicus non fuerit, in qua tres testes propriis manibus se subscripserint scilicet se interfuisse alicui obligationi facte cum cassa alicui per aliquem sed si negaretur per partem adversam ipsos testes suis manibus subscripsisse et vivant testes et confiteantur subscriptiones suas esse vel si mortui fuerint et per alios duos ad minus legitime probetur illas subscriptiones manibus eorum factas, stetur dicta scripture private, aliter autem scripture private non adhibeatur fides neque scripture manu alicuius propria et in utilitatem suam; contra se autem sic secundum modum et formam supra proximo capitulo contentam.

LVIII. De iureiurando scilicet sacramento prestando

Item statuerunt quod si quis in iuditio constitutus iuret mandato Potestatis, parte consentiente, quod non sit obligatus vel non teneatur id quod petitur sibi quod absolvi debeat a tali petitione et si actor postea posset probare oppositum quia ius iurandi contenta religio satis Deum habet ultorem, verum tamen si post sacramentum factum probetur manifeste contrarium eius quod iuravit, licet debitum peti non possit, censeatur tamen ipse iurans deinceps periurus et infamis et solvat libras x parv. aut nares eius scindantur.

Item si aliquis conventus fuerit ab aliquo iuditio et actor dicat se de hiis que petit velle stare sacramento sui, teneatur ipse reus aut iurare aut referre sacramentum actori; quod si facere recusaverit pro confesso habeatur, et si referente reo actor iurare noluerit, absolvatur reus.

LIX. De semiprobatione facta per testes.

Item si litigantibus quibusdam in iuditio quod petitum fuerit negatum exti= terit et actor non plene probaverit sed semiplene, ut puta, per unum te= stem vel comparationem litterarum seu per aliquas alias presumptiones vel inditia, tunc Potestas, ut causa possit diffiniri, ad implendam probationem sacramentum deferat actori vel reo scilicet illi ex hiis qui considerata qualitate personarum et quantitate petita dignior et fidelior videatur et quod verisimile melius veritatem dicere debeat et postea secundum concordantiam sacramenti vel discordantiam cum semi= facta sententiam condempnatoriam vel absolutoriam proferat.

Item si quis non suo nomine proprio sed hereditario nomine alterius vel agat vel conveniatur, supradicta sacramenta subire non teneatur quia verisimile est quod veritatem ignoret.

LX. De exceptionibus.

Quia contigit plerumque in iuditiis exceptiones opponi tam declinatorias quam dilatorias ac peremptorias et alias iure c(ae), proinde statuerunt: quod si quis forensis coram Prata Potestate fuerit ad instantiam alicuius conventus quod ipse possit declinare iuditium suum et forum et coram ipso non respondere et hoc si declinet antequam negando vel confitendo respondeat superius que petita fuerint ab ipso, postea teneatur coram ipso Potestate procedere tamquam si suus iudex foret.

Item similiter coram ipso Potestate respondere teneatur si contractus ex quo convenitur celebratus fuerit in Prata vel Comitatu, item si promiserit solutionem in Prata facere; item si domicilium hic habeat; item si aliquod delictum propter quod conveniatur hic commiserit; item si vagabundus fuerit et in aliis casibus quibus quis de iure sortitur forum alienum.

Item quod exceptio dilatoria antequam respondeatur contestando scilicet negando vel confitendo proponatur et allegetur et postea probetur ante sententiam post contestationem aut opponi non possit.

Item quod exceptiones peremptorie scilicet de soluto, de pacto de non petendo finis et remissionis, de iureiurando, rei iudicate sea sententie late et similes possint quandocumque ante sententiam opponi et probari; post vero sententiam non, nisi opponatur quod sententia lata sit per falsos testes vel per falsa instrumenta vel per corruptum iudicem, pecuniam vel aliter, vel per metum adhibitum, vel dolo, malo et fraude, vel quod ille qui tamquam procurator agit, non fuerit procurator et nullum habuerit mandatum vel a non competente iudice et hiis similibus quam tunc et post sententiam latam, opponi possint et probari.

LXI. De duplicatis et triplicatis

Item si publicatis attestationibus et productis instrumentis petatur per partem adversam ipsorum copiam per Potestatem, decernatur et statuatur terminus octo dierum vel minor et maior secundum quod Potestati et Consulibus videbitur ex qualitate facti ad excipiendum et opponendum eis, in quo termino si oppositiones producte fuerint in scriptis et adversa pars pecierit copiam, ei detur et similiter terminum ad replicandum, in quo termino si facte fuerint replicationes in scriptis et postulaverit altera pars, copiam concedatur et similiter terminus statuatur ad duplicandum, et contra ipsas duplicationes iterum adverse parti statuatur si pecierit terminum ad triplicandum et hiis factis, ulterius non detur dilatio sed postea examinet Potestas producta opposita, excepta, replicata, duplicata et triplicata et procedat in causa.

LXII. De sequestrationibus.

Item statuerunt quod bona alicuius habentis domicilium in Prata vel Comitatu propter aliquod debitum sequestrari non possint, nisi forte suspectus esset de fuga, ita quod videretur manifeste res suas portare et recedere velle, quia tunc possit fieri sequestratio. Si vero reperiantur bona alicuius forensis hic qui dicatur propter aliquod debitum contractum hic fore obligatum vel si hic solvere promiserit aut aliquod delictum commiserit, sive domicilium habuerit seu forte reperiat quis apud aliquem forensem aliquid quod dicat

ad se pertinere, tunc fiat sequestratio illorum bonorum et ad instantiam Potestatis conserventur seu apud aliquem deponantur quousque determinabitur quid iuris, salvo quod si ille de cuius possessione bona sequestrantur, satisdationem in Prata idoneam prestiterit de parendo iuri, quia tunc bona relaxentur de sequestratione et procedatur in causa; facta autem sequestratione secundum supradictum modum, ille qui ipsam fieri fecit faciat illum cui bona sequestrata sunt citari quod veniat sequestrationem illam defensurus et iura sua producat supra rebus sequestratis ut sic procedatur in causa; si vero post sequestrationem factam supersederit XV diebus, quod non procedat, ipsa sequestratio relaxetur et reficiat dampna et expensas illi cuius bona fuerint intromissa et simili modo ad reficiendum teneatur si procedente causa non probaverit suam intentionem.

LXIII. De pignoribus et ypotheis.

Item statuerunt quod si quis rem alienam ex certa scientia ignoranti pignoraverit vel obligaverit sive mobilis sive immobilis fuerit, solvat solidos centum parv. et dampnum reficiat ex hac causa leso.

Item si quis rem suam mobilem vel immobilem alicui prius obligatam vel pignoratam alicui pendente prima obligatione ignoranti pignoraverit vel obligaverit, solvat solidos centum parv. et dampnum emendet.

Item si quis rem mobilem pignoraverit pro aliqua pecunie quantitate solvenda vel aliquo facto faciendo et non observaverit quod promiserit, transacto termino possit creditor dictam rem cum auctoritate Potestatis per preconem, facta prius presentatione et denuntiatione debitori, facere in plathea publica incantari et plus danti vendi et deliberari in una die, illa scilicet in qua fuerit facta presentatio et si plus suo debito ex ipso pignore fuerit consecutus, illud restituat debitori; si vero minus agat ad suplementum contra ipsum. Qua quidem venditione facta, emptor usque ad tres dies post ipsam venditionem, ipsam rem emptam teneatur debitori, si pecuniam sibi dederit pro qua ipsam emerit, restituere, ulterius autem minime.

Si vero rem mobilem quis obligaverit vel ypothecaverit pro aliqua pecu=
nie quantitate vel aliquo faciendo ut supra et per pactum promiserit.
quod iure pignoris mobilis vendi possit, fiat venditio secundum formam su=
perius proximo capitulo dictam. Si autem tale pactum (factum) non fuerit, tunc
creditor, transacto termino, cum auctoritate Potestatis per preconem fa=
ciat presentari debitori et denuntiari quod ipsa res debet vendi per tres
octavas dies, et hoc facto ipsam faciat subastari publice (in plathea) ~~si non fuerit~~
per tres octavas dierum et in fine dicti termini, si non fuerit
facta solutio vel alia contradictio plus offerrenti, ipsa res per precon[em]
vendatur et deliberetur, et facta venditione teneatur emptor ipsam rem debi=
tori restituere si pecuniam eidem dederit usque ad octo dies post ipsam
venditionem, ulterius vero non.

Item quod sive fuerit res mobilis sive immobilis que subastetur, et facta
subastatione secundum modos predictos, non inveniatur emptor qui ipsam
emere velit quia nolit dare forte pretium pro quo obligata fuerit, tunc
facta relatione per preconem, si creditor ipsam voluerit emere, faciat per sententiam
pronunciari quod ipse tam pro se emere possit et data tali sententia, ipsam
emat secure tamquam quilibet alter, aliter autem ipse nec per se, nec per
subpositam personam, rem sibi obligatam emere non possit.

Item siquis aliquam rem mobilem (vel immobilem) ad incantum secundum formas predictas
emerit, si mobilis fuerit et ipsam tribus annis possederit, a nullo possit qui
diceret se ius aliquod in ipsa re habere, inquietari vel molestari; si autem
infra tempus illud quis pretendat ius in ipsa re, audiatur. Si vero res fuerit
immobilis, precludatur quilibet a petitione ipsius, si possessa fuerit annis decem,
infra illud autem tempus audiatur et utrisque casibus teneatur debitor qui
a principio obligaverit vel pignoraverit emptori ipsam rem deffendere
et guarentare et quicumque alter qui promisisset deffendere.

Et predicta que dicta sunt de presentatione facienda non preiudicent tabernariis
qui hoc non obstante possint pignora mobilia vendere secundum quod dictum est supra rubrica
de tabernariis capitulo.

Item quod nullus possit emere ad incantum in plathea Prate aliquam rem nisi sit vicinus terre Prate vel Comitatus et sustineat onera et factiones ipsius terre, et si emerit venditio nulla sit.

LXIV. De fideiussoribus

Item statuerunt quod si aliquis in instrumento vel sine instrumento pro aliquo fide= iusserit, quod antequam creditor agat contra ipsum fideiussorem, primo agat contra principalem et si principalis habebit unde solvere ipsum con= vincat et de bonis suis accipiat et si aliquid deficiat ipsi creditori ad integram solutionem nam tunc contra fideiussorem agere possit et ad bona ipsius et hoc si principalis et fideiussor sint presentes scilicet in Prata vel Comitatu. Si vero principalis non haberet domicilium in Prata vel Comitatu aut si haberet et se absentasset ita quod de facili et in brevi tempore haberi non posset, tunc possit creditor fide= iussorem presentem convenire et contra ipsum agere et bona ipsius an= tequam contra principalem. Item similiter facere possit si ambo fo= rent presentes si fideiussor per pactum principaliter et in solidum se obligaverit et renuntiaverit benefico nove Constitutionis de fideiussori= bus.

Item quod fideiussor consequi possit et recipere a principali quicquid sol= verit pro ipso cum dampnis et expensis dummodo iuridice sit convictus et deffensiones legitimas fecerit ita quod imputari non possit totali= ter sua negligentie.

Item quod, si petierit fideiussor, creditor teneatur cedere sibi omnia iura et actiones contra principalem debitorem antequam solvat.

Item si plures fideiussores fuerint, quod quilibet pro rata scilicet pro parte sua solum possit conveniri a creditore, salvo si ipsi se in solidum obligassent et renuntiassent beneficio Epistole divi Adriani, quia isto casu poterit quilibet in solidum conveniri.

Et que dicta sunt de fideiussoribus similiter intelligantur de quolibet manutentore et def= fensore cuiuscumque rei.

LXV. De duobus vel pluribus reis debendi idest debitoribus.

Item si fuerint plures obligati ad aliquod dandum vel faciendum, debet quilibet pro parte sua conveniri et ad satisfationem compelli, salvo si ipsi promiserunt et se obligaverunt quilibet ipsorum videlicet in solidum et renuntiaverint bene=fitio de pluribus reis debendi; quia tunc quilibet potest in solidum conveniri. item si unus sit absens et alter presens, ut dictum fuit supra de fideiusso=ribus; item si unus inops et non solvendo, quia istis casibus potest alter in solidum conveniri.

Item in casu quo unus potest in solidum conveniri, si totum solvat, potest a suis condebitoribus consequi et petere ratam ipsorum et id quod solverit quantum pro partibus que ipsos contingebant. Item antequam solvat po=test petere a creditore quod ipse cedat iura et actiones contra ipsos suos condebitores.

LXV(bis) De tutoribus

Item statuerunt quod si quis paterfamilias decesserit filiis vel nepotibus relictis pu=pillis et suis heredibus et testamentum fecerit in quo ipsis pupillis tutores vel tutorem constituerit vel dederit, quod ipse tutor vel tutores statim cum sciverint se datos ad Potestatem accedant et petant omni auctoritate suam administrationem ipsius tutele concedi; quo facto promittant et iurent fideliter administrare ipsam tutelam et utilia pupillorum facere et inu=tilia pretermittere ipsosque bona ipsorum fideliter salvare et custodire ac deffendere et res ipsorum salvas fore et quam citius poterint inventarium de bonis in hereditate facere cum solempnitatibus iuris et his factis et observatis possint administrare et pro pupillis agere et ipsos deffendere, ante autem non. Et si forte ipsi tutores sponte tutelam recipere nollent, Potestas ipsos compellat, captis pignoribus et penis impositis nisi excusa=tionem legitimam allegare possint et probare. Et supradicti testamentarii tutores preferantur ab omnibus aliis legitimis et dativis, et satisdationibus cum fide=iussione prestare non teneantur, quia ipsorum fides approbata est a testatore.

Si vero nullus tutor datus sit in testamento, tunc si pupillus habet matrem vel aviam et mater velit tutelam ipsius filii sui, preferatur omnibus aliis agnatis et cognatis et etiam avie sed per Potestatem compellatur et constituta in presentia Potestatis accipiat ipsam tutelam et iuret et promittat ut supra et fideiussionem idoneam prestet ac renuntiet Velleiano Senatus Consulto et secundis nuptiis et bona sua expresse obliget et inventarium faciat quam citius facere poterit, et si mater non erit vel si erit et tutelam suscipere noluerit, tunc avia superstes secundum formam predictam admittatur. Si autem non supervixerit mater et avia vel tutelam noluerit, tunc proximior in gradu consanguinitatis pupillo predicto ad suam tutelam vocetur et si contradixerit, compellatur; qui tutor promittat omnia et singula que supra de testamentario dicta sunt et satisdet cum fideiussione.

Sin autem nullus propinquus reperiatur ipsius pupilli qui ad tutelam ipsius sit de iure vocandus vel si reperiretur non forte idoneus, tunc Potestas ex suo officio provideat ipsi pupillo de tutore idoneo prout sibi videbitur melius convenire et compellat recusantem, captis pignoribus et penis indictis, qui tutor per omnia promittat et satisdet et inventarium faciat sic dictum est supra proximiori capitulo.

Item statuerunt quod omnes supradicti tutores testamentarii, legitimi et dativi de quibus dictum est proximo capitulo, postquam tutela alicuius vel aliquorum susceperint, omni anno teneantur et debeant coram Potestate et Consulibus ostendere et facere rationem eorum que gesserint et administraverint de bonis pupillorum et propter hoc tamen non removeantur ab ipsa tutela usque ad tempus pubertatis pupillorum; quod si omni anno non fecerint, ipso facto cadant in pena librarum XXV parv. Adveniente autem pubertate universaliter totam rationis sue administrationem, secundum contenta in inventariis per ipsos confectis puberibus quorum tutelas requirere, facere et reddere teneantur cum bonorum omnium residuorum consignatione, quod si forte inventaria non fecerint

de quantitate bonorum et rerum que ad ipsorum manus de bonis et hereditatibus pupillorum pervenerit, credatur sacramento soli puberum quorum tutelas administravrunt et secundum ipsum sacramentum condempnentur tutores predicti.

Item quod minores XXV annis et mulieres preter matrem et aviam seu creditores vel debitores pupillorum nisi forte modica debita forent, ad tutelas non admittantur.

Item quod si pro debito vel alia causa necessaria contigerit vendi debere aliquam rem immobilem alicuius pupilli, tutor coram Potestate exploraret causam ipsius venditionis. Et si Potestas cum consilio Consulum viderit ipsam causam rationabilem et necessariam, tunc iubeat ipsam subastari in plathea singulis diebus per octavam unam, quo facto compareat plus offerrens coram Potestate et cum suo decreto et auctoritate tutoris fiat sibi ~~pecunia ipsius pretii omnino in~~ venditio ipsius rei subastate et convertatur pecunia ipsius pretii omnino in causam illam propter quam facta fuit venditio, aliter venditio nullius sit momenti et semper vendantur res que minus dampnum afferant pupillis.

LXVI. De locationibus et conductionibus tam rerum quam operarum.

Item statuerunt quod siquis mansum, campum, vineam, clausuram, pratum vel nemus alicui locaverit pro certo annuo affictu ad certum tempus, quod omnia pacta conventa licite et secundum iura inter ipsos firmiter observari debeant; sed si forte ad plenum non sint pacta superioribus facta vel si facta probari non possent, voluerunt quod primo locator permittat conductorem cui re locata et ipsa ab aliis legitime deffendat ut ipsa frui possit et quod conductorem usque ad terminum promissum non expellere possit de locatione predicta.

Item quod conductor teneatur mansum locatum ~~diligenter et bene~~, clausuram, campum seu aliam fundum diligenter et bene laborare, colere, potare, fossalare, plantare et alia que ad colturam pertinent fideliter facere et fictum promissum singulis annis integraliter solvere et ad domum locatoris portare; vites fructiferas vel alios

arbores non incidere nisi forte ipsos arbores in utilitatem vel necessitatem mansi converteret, ut puta domos reparandas vel si fuerit necesse de novo construendo et generaliter ita sollicitus laboret et faciat quod in fine termini mansum vel rem locatam dimittat in coltura in laborerio ad estimationem bonorum virorum congrue laboratum et semper melioratum et non deterioratum, quod si contrafecerit omne dampnum emendet locatori.

Item quod ipse conductor ipsam rem conductam non possit dimittere ante terminum conventum inter ipsos, neque conductioni renuntiet, quod si fecerit ad totum fictum prestandum totius temporis teneatur et ad omne dampnum et interesse prestandum quod occasione predicta reciperet locator. Si vero finito termino voluerit rem conductam dimittere ante finem termini tali tempore denuntiet locatori vel post denuntiatio fiat circha festum s. Petri de Junio precedente ipsum terminum, quod si non fecerit videatur tacite pro sequenti anno eandem rem reconduxisse sub similibus pactis et conventionibus et ad fictum similem teneatur.

Item si quis aliquam domum locaverit pro certa mercede et ad certum tempus, teneatur ipsum conductorem dimittere uti et frui ipsam et ipsum legitime deffendere et ipsam domum ante terminum ei accipere non possit nisi forte probaverit ipsam domum sibi pro suo proprio usu necessariam aut si ipsam domum ex necessitate reparare vellet vel si ipse conductor male uteretur ipsa domo forte ipsam deguastando vel inhonestas personas in ipsa tenendo.

Item si quis domum conducit teneatur medietatem pensionis et fictus solvere in principio termini, residuum autem in fine et si ultra terminum sine alio pacto remanserit in domo, teneatur solvere pensionem pro rata temporis quo steterit in ipsa et si ante terminum domum dimiserit, nichilominus ad totam pensionem solvendam teneatur.

Item quod domino qui locat mansum sive domum credatur si iuraverit de ficto vel pensione unius anni et ultra autem non nisi legitime probaverit.

Item si aliquis familiaris promiserit stare cum aliquo sub certa mercede ad certum tempus et ante tempus sine voluntate domini recesserit, domino solvat de suo tantum quantum ipse familiaris habere debebit pro illo tempore quo servire debeat et domino restituat siquid ultra quam ~~quantum~~ meruerit ab ipso habuerit, vel si solvere non potuerit fustigetur nisi forte iustam causam habuerit recedendi, quam antequam recedat Potestati ostendat ut videat si iusta fuerit vel non.

Item si aliquis promiserit alicui laborare cum persona, curru, iumentis vel aliis animalibus pro certa mercede una die vel pluribus et non observaverit que promiserit, solvat illi cui promisit tantum quantum ipse habere debebat ab ipso pro salario seu mercede sui laborerii pro toto tempore quo laborare debebat.

Item siquis equum vel equam aut aliud animal ad vecturam receperit ad certum locum et ultra illum locum ad alium locum duxerit ipsum, qualitercumque contigerit ipsum animal mori vel devastari, totum dampnum spectet ad ipsum conductorem et similiter si ad certum terminum conduxerit et ultra ipsum illum tenuerit, si vero que promiserit observaverit, ad dampnum nullatenus teneatur nisi probatum fuerit hoc sua culpa contigisse.

Item si pro sella, ferro, ferris vel aliis paramentis animalis conducti aliquid conductor expendiderit totum sibi reficere teneatur dominus animalis qui ipsum locaverit seu ad vecturam concesserit.

LXVII. De usucapionibus et prescriptionibus.

Item statuerunt quod si aliquis rem mobilem pacifice possiderit bona fide tribus annis, ipsam suam faciat et super ipsa non possit ab eo inquietari dummodo iuret se bona fide ipsam habuisse ab aliquo cui fore credebat et per ipsum tempus eadem bona fide ipsam possedisse, salvo si infra terminum illorum trium annorum ipsi mota fuisset questio de ipsa re coram Potestate, quia tunc interrupta sit usucapio et incipiat de novo currere a tempore ipsius questionis usque ad triennium aliud pacificum.

Item si quis rem imobilem cum iusto titulo et bona fide continuo pacifice possederit per annos decem, ipsam suam faciat iurando semper bonam fidem habuisse. Si vero titulum ostendere non poterit, tunc si ipsam rem pacifice et bona fide possederit continuo per quindecim annos ipsam suam faciat iurando semper utroque casu se bona fide ipsam tenuisse et ab illo habuisse quem dominum fore credebat et utroque casu si infra supradicta tempora facta fuerit questio coram Potestate interupta describtio dicitur et reincipiat currere a tempore ipsius questionis mote.

Item si minoribus XIV annis masculis et feminis XII non currat usucapio sed solum a tempore pubertatis currere incipiat et similiter non currat iustis ex causis agere in predictis ut hiis qui fuissent in vinculis detenti vel propter timorem et odium dominorum ausi non fuissent petere vel non fuissent auditi seu admissi ad petendum, quia istis sola protestatione facta coram honestis personis sufficiat ad interuptionem prescriptionis vel usucapionis et si que alie iuste cause fuerint ~~sunt~~ allegate et probate admittantur in predictis secundum arbitrium Potestatis et Consilium.

Item si quis supersedebit debitum aliquod scilicet debitum vel quodcunque aliud petere pro anno XV a tempore quo ipsum - - - - - - - ipso debito sit privatus, salvis impedimentis ac minore etate ut supra proximo capitulo nec non . . . . . facta per petitionem ut superioribus capitulis continetur.

LXVIII. De consensu mulierum in preiuditium dotium suarum.

Item statuerunt quod si vir aliquis de bonis suis obligatis uxori sue vel nurui aut alteri mulieri pro dotibus morgencap, ditmontaduris vel donatione propter nuptias alienaverit vel obligaverit alicui alteri persone, quod ex tali obligatione vel alienatione uxori vel nurui aut alie mulieri ius ypothece . . . . . . nullum preiudicium generetur, nisi ipsa mulier constituta coram Potestate expresse consentiat tali obligationi vel alienationi et certificata de iure suo renuntiet iuri ypothecarum in ipsa neque alienatur vel obligatur[1] habeat rationem dotium suarum et iurium aliorum, ut dictum est, et corporaliter iuret non

[1] lessergi neque alienatio vel obligatio habeat rationem etc.

~~ita~~ contrafacere, quibus observatis preiudicium sibi fiat, autem ~~aliter~~ non.

Item si quis male inceperit uti substantia sua ita quod ad inopiam vergere videatur propter creditorum concursum vel aliam causam, uxor vel nurus sive alia mulier que bona sua pro suis dotibus et iuribus aliis habeat obligata dictam dotem ~~et~~ iura sua petere voluerit, quod ipsa hoc casu et ipso vivente facere possit, compareat coram Potestate et instrumenta sua producat seu alias probationes per quas ostendat se ius habere in bonis illis occasione dotium vel iurium aliorum ut supra, quibus ostensis Potestas per sententiam faciat proclamari in platea Prate alta voce preconia quod si quis vult contradicere quod talis mulier de bonis talis viri non accipiat in solutionem pro dote et aliis iuribus suis comparere debeat coram ipsum Potestatem iuribus suis usiras infra tres dies, alioquin non audiretur et fiat talis proclamatio trina vice per spatium semper trium dierum et si quis infra illos terminos comparuerit, audiatur et cum muliere procedat secundum formam iuris. Si vero nullus comparuerit, tunc facta relatione per preconem de ipsis cridis factis, Potestas constituat duos vel tres estimatores qui sacramento recepto estiment de bonis ipsius viri de mobilibus primo et postea de immobilibus usque ad summam dotis et iurium aliorum ipsius mulieris; quam estimationem ipsi estimatores in scriptis redactam Potestati presententur et ipse Potestas per sententiam Consilium ipsa bona estimata prefate mulieri in solutum det et tradat pro dote et aliis suis iuribus. Qua datione sic facta prefata mulier in ipsis bonis sit tuta ab omnibus creditoribus; aliis qui tempore ipsarum proclamationum in Prata erant vel Comitatus absentibus, autem iura sua reserventur illesa.

LXIX. De Potestatis auctoritate et Consilium

Item quod Potestas auctoritate propria possit compellere quoscumque ad faciendum treguam ad invicem usque ad quem terminum voluerit et sub quacumque pena et eis inhibere quod rixam et rumorem faciant et contrafacientes pena punire imposita ac si per sententiam factum fuisset.

Item quod quilibet Consul possit mandare quibuscumque quos viderit velle ad invicem rixari, quod insimul rixam vel rumorem non habeant usque ad XV dies et usque ad penam librarum centum parv. et valeat tale preceptum et talis pena et exigi possit cum effectu ac si per Potestatem ex sententia fuisset imposita.

Item si unus vel plures aliquem infantem de sacro fonte levaverint, omnes possint pro vestibus infantis et paramentis expendere usque ad summam librarum quinque parv. et non ultra dare vel expendere possint in pecunia vel aliis rebus, quod si quis contrafecerit solvat frix. XL.

LXX. De sententiis per Consules proferendis.

Et quia qualibet causa sententia diffinitiva sopitur et concluditur, idcirco statuerunt quod auditis partibus productisque probationibus et allegationibus factis coram Potestate, Consules habita deliberatione pronuntient et sententient in quolibet negotio absolvendo vel condempnando prout eis iuste videbitur et firmitatem obtineat sententia ab ipsis vel maiori parte prolata, observatisque inferius declarantur:

In primis quod partibus presentibus vel saltem citatis sententia proferatur;

item quod sit certa et clara et certam rem contineat;

item quod sit lata in loco publico et non secreto et in loco honesto;

item quod sit lata in die non feriata;

item quod non sit lata per falsos testes vel falsa instrumenta;

item quod non sit lata per Consules corruptos pecunia vel aliis rebus seu inductos odio vel amore.

Item si fuerit aliquis condempnatus ad dandum vel faciendum aliquid alicui, Potestas condempnato statuat terminum ad dandum vel faciendum secundum eius arbitrium de consilio Consulum, habita consideratione ad qualitates et quantitates personarum. Si autem ad restituendum aliquam rem mobilem fuerit condempnatus, similiter terminum habeat ut supra. Si vero supra aliqua re immobili lata fuerit sententia scilicet quod ipsa ad petitorem

debeat pertinere, statim compellatur possessor ipsam dimittere et petitor in possessione ipsius auctoritate Potestatis inducatur et deffendatur inductus.

Item quod ipsa die qua fertur sententia et statim in ipso instanti fiat per Consules condempnato vel absoluto expensarum secundum quod ipsis videbitur; postea autem ex intervallo condempnatio expensarum fieri non possit et si facta fuerit condempnatio expensarum, ipsas expensas taxent Consules prout eis videbitur et possit fieri taxatio quandocumque.

Item si quis negaverit in iuditio quod ab ipso suo nomine petitum fuerit convictus et condempnatus ultra expensas latas solvat frix. octo.

LXXI. De executionibus sententiarum.

Quum latas sententias executionem habere oportet, idcirco statuerunt quod si quis fuerit condempnatus ad dandum vel faciendum aliquid alicui et transacto termino sibi statuto per Potestatem ad solvendum non paruerit sententie, quod Potestas ad domum suam mittat preconem, qui de bonis suis mobilibus accipiat et ipsa in plathea Prate vendat et plus offerrenti det et pretium quod inde receperit creditori det vel consignet usque ad integram solutionem et satisffationem suam. Et si de bonis mobilibus ipsius debitoris inveniri non potuerit, tunc facta relatione per preconem, quod ipse facta diligenter excussione non potest de bonis mobilibus reperire, de bonis immobilibus..... ad incantum ponantur et subastentur per trespodavas ut supra de pignoribus capitulis. Si vero ..... et plus offerenti tradantur et sic fiat usque ad integram satisffationem creditoris. Si autem de bonis mobilibus vel immobilibus reperiri non poterit et ipse debitor condempnatus habeat debitores a quibus pecunias vel alias res habere debeat tunc compellantur ipsi debitores condempnati dare et solvere id quod tenebatur sibi illi cui per sententiam fuerit condempnatus usque ad integram satisffationem suam; sin autem condempnatus nichil in bonis habuerit, tunc facta diligenter excussione pro condempnationibus quibuscumque ex quolibet delicto prodatiis et mutis

ac pro affictibus duntaxat possit personaliter capi et in carceribus usque ad satisffactionem detineri; pro aliis autem debitis minime.
Item similis executio fiat quandocumque pro aliqua condempnatione facta contra aliquem qui ipsum solvere recusaverit contingat de bonis suis accipi et vendi.
Item si quis preconi volenti sibi pignus accipere revellaverit et ipsum pignus non dimiserit accipere et presentare, solvat fix. X L. pro qualibet vice et post hoc Potestas mittat familiam suam ad accipiendum violenter de bonis suis tam pro satisffactione principalis debiti quam pro condempnatione ipsorum XL frix. et intelligatur ipse pignus revellare etiam si uxor sua vel filii sui hoc fecerint.
Item quod quicumque in plathea Prate aliqua bona ad incantum que pro executione sententiarum fuerint vendita emerit sive mobilia sive immobilia fuerint, teneatur ipsa conservare et debitoribus restituere recepta pecunia secundum formam supra de pignoribus tradita capitulis III et IV et quod nullus ipsa pignora sive bona emere possit nisi sit vicinus terre Prate et Comitatus et onera sustineat.
Item quod preco qui citat vel pignorat aliquem ad instantiam alicuius in Prata, pro qualibet citatione vel pignoratione seu precepto habere debeat parv. sex; si autem extra terram Prate iverit ad faciendum aliquod preceptum, pro qualibet miliario habeat solidum unum parv.
Item de venditione pignorum in plathea Prate facta habere debeat parv. sex pro libra, salvo quod ab illis a quibus receperit bladum pro citationibus vel preceptis factis ad ipsorum instantiam in terra Prate vel Sacillotto nichil percipere possit.
Item si preco iusta causa cessante mandatum seu preceptum sibi iniunctum de quo solutionem receperit vel pignus propter suam negligentiam non vendiderit, pro qualibet vice solvat solidos X parv. et similiter si ipse pignus alicui comodaverit sine voluntate ipsius cuius est, vel non restituerit si venditum

non fuerit creditori quandocumque .... solvat solidos XX parv. et dam=
pnum reficiat si pignus fuerit devastatum et eadem pena puniatur
si ipsum pignus pignoraverit vel vendiderit extra platheam publice
se ipsum pignus sua negligentia perdiderit et semper intelligatur sua
negligentia nisi probaverit per causam fortuitam ipsum amisisse.

LXXII. De appellationibus.

Item quia contigit aliquando a sententiis appellari ut si forte male fuerint promulgate reformentur in melius, statuerunt quod a diffinitiva sen=tentia tantum liceat appellari et non ab interlocutoria vel precepto nisi forte propter talem interlocutoriam antequam in causa principali procederetur ad sententiam diffinitivam fieret executio in preiudicium illius contra quem latam foret, quia tunc appellari possit ab ea.

Item quod de sententiis latis coram Potestate appelletur ad alios Dominos de Prata scilicet ad antiquiorem et non ulterius, quod si quis extra Pratam ad alium appellaverit, appellatio sua non teneat neque per ipsam tardetur executio late sententie.

Item quod appellari possit statim viva voce et post ipsam sententiam infra decem dies inclusive, computandos a die late sententie, ultra autem non.

Item quod qui appellat infra tres dies postquam appellaverit appellationem suam coram Potestate producat in scriptis et faciat partem adversam citari quod sit ad videndum ipsam appellationem corrigi per Potestatem et Consules, et si comparuerit pars et fuerint concordes de forma appellationis bene quidem, sin autem non comparuerit vel concordes esse non potuerint, tunc Potestas et Consules ipsam appellationem examinent et corrigant sicut videbitur eis fuisse processum dictum et allegatum et ipsam appellationem clausam sub sigillo Potestas tradat parti appellanti; quam appellationem sic receptam appellans infra duos dies presentare teneatur Domino ad quem appellatum est et instare quod ipsam appellationem expediat. Qui Dominus cui fuerit porrecta talis appellatio ipsam recipiat et supra ipsa

consulat quos voluerit Domino dummodo non illos qui sententiam protulerunt et super ipsa appellatione pronunciat bene vel male appellatum infra sex dies postquam ipsam receperit et suam pronunciationem remittat in scriptis sub suo sigillo per partem appellatam Potestati a quo fuit appellatum; et si intra dictos terminos appellatio non fuerit expedita, tunc habeatur pro non interposita et remaneat prima sententia firma nisi forte per Dominum ad quem appellatum fuerit stetisset aliter per aliam iustam causam ita quod imputari non possit negligentie appellantis. Et si causa non fuerit infra predictos terminos expedita, protestetur appellans coram Potestate quod per ipsum non stetit sed per Iudicem ad quem spectat vel per aliam iustam causam.

Item quod pendente appellatione, nulla novitas nullaque executio fiat contra partem appellantem vel eius bona.

LXXIII. De processu contra contumaces tam actores quam reos.

Quoniam quandoque contigit quod aliquis fecerit aliquem citare ad iuditium et in termino ipse actor non comparet, reus autem comparet et accusat contumaciam actoris, statuerunt quod isto casu actor pronuncietur contumax et solvat solidos decem parvorum ut expectans refficiat reo converto et non audiatur si postea petere velit nisi predicta solvat et refficiat. Et hoc si fuerit a principio cause antequam supra petitione fuerit facta responsio vel probationes producte. Si vero in causa fuerit processum et in aliquo termino statuto forte ad aliquas probationes faciendas vel sententiam audiendam vel alium actum et fuerit actor contumax, solvat solidos decem parv. et si reus voluerit, citetur iterum bis per spatium trium dierum inter quamlibet citationem si fuerit in Prata vel Comitatu; si autem extra per spatium octo dierum. Et si in ultimo termino non comparuerit, tunc si suam intentionem non probatam invenerit, Potestas reum absolvat ab instantia cause et actorem ad omnes expensas et dampna sibi condempnet, vel si forte reus aliquid probaverit propter quod absolvi deberet

ab ipsius petitione diffinitive absolvatur reus conventus ac si presens fuisset actor et sufficiat semper citatio facta ad domum si absens fuerit ut supra de citatione capitulo.

Item quod quilibet si vero inventum fuerit quod actor legitime probaverit intentionem suam pro ipso feratur sententia, non obstante sua contumacia, sed reus propter contumaciam actoris ab expensis absolvatur et ipse actor in expensis reo condempnetur quia hanc penam propter suam contumaciam prestare debet.

Si vero aliquis fuerit citatus ad instantiam alicuius supra personali actione idest supra petitione alicuius debiti vel facti faciendi seu mobilis rei et non comparuerit, facta velatione per preconem de termino, pronuncietur contumax et condempnetur in solidos V parv. et ad reficiendum expensas parti adverse et iterum citetur pro secundo termino in quo si comparuerit antequam audiatur ipsos solidos V solvat et expensas reficiat et postea audiatur. Si vero secunda citatione non comparuerit, iterum condempnetur in solidos V et expensarum refectione et citetur pro tertio termino in quo si comparuerit fiat ut supra; si autem non comparuerit, tunc pronuncietur contumax et audiatur ..... supra hiis que petit et probationibus suis. Et si probaverit legitime quod petit, condempnetur reus ac si fuisset presens; si vero malo modo probaverit, absolvatur reus si nullo modo in expensis condempnetur actor, si autem actor semiprobaverit, ut puta per unum testem vel per alia inditia seu presumptiones aliquas apparentes tunc si fuerit actor persona fide digna, que verisimiliter non deberet degenerare (sic), defferatur sacramentum sibi, et si iuraverit se habere debere quod petit de iure, condempnetur sibi reus, et hec omnia procedant si ipse reus fuit personaliter citatus vel ad domum suam si in Prata fuerit vel Comitatu; si vero absens fuerit, sciatur et ubi sit, statuantur termini secundum distantiam loci arbitrio Potestatis et Consulum. Si vero ignoretur,

tunc ad faciendum ipsum contumacem ut contra ipsum procedi possit,
fiant tres proclamationes in plathea Prate, quarum quelibet contineat
spatium octo dierum et nichilominus ad domum citetur similiter ter, et si
non comparuerit procedatur ut supra. Ceterum si fuerit causa realis et quod
aliqua res immobilis petatur, citetur primo possessor pro primo termino
trium dierum ut supra de citatione — capitulo, ita quod in qualibet,
et si non comparuerit pronuntietur contumax et condempnetur in
solidos x et in expensis reficiendis et iterum citetur pro secundo termino,
in quo si comparuerit antequam audiatur, solvat solidos x et expensas
reficiat. Si vero non comparuerit, iterum condempnetur similiter et pro
tertio termino citetur et si comparuerit fiat ut supra. Sin autem non* com=
paruerit, pronuntietur contumax et audiantur probationes actoris et si
legitime probaverit rem ad se pertinere, per sententiam pronuntietur
ipsam rem ad ipsum spectare et condempnetur possessor ad relaxandum
et dimittendum ipsam rem petitam cum fructibus pendentibus et cum
hiis quos percepit a tempore quo fuit lis mota, et hoc si fuerit bone
fidei possessor. Si autem probatum fuerit ipsum fuisse male fidei, tunc
condempnetur ad omnes fructus quos percepit; si autem non probaverit
aliquo modo suam intentionem absolvatur possessor licet absens; si vero
semiplene probaverit ut supra, tunc mittatur petitor in possessione
ipsius rei causa detentationis et non ut possideat vel fructus suos faciat,
et si possessor qui contumax fuerit infra spatium sex mensium com=
paruerit, ut solvat expensas et dampna suam recuperabit possessionem
et procedetur via ordinaria inter ipsos in causa; post lapsum autem sex
mensium fiat missus in possessione verus possessor et fructus percipiat
et suos faciat et supra possessionem non audiatur; ulterius qui possidebat
primo supra proprietate autem si agere voluerit audiatur, scilicet si ipsam
rem velit probare suam esse et ad ipsum aliquo iure pertinere et sic isto
casu factus erit petitor qui prius erat possessor et a converso. Et hoc quod

dictum est procedat si fuerit possessor in Prata vel Comitatu et fuerit principaliter vel ad domum citatus; sin autem absens et sciatur ubi sit, statuatur terminum secundum distantiam locorum arbitrio Potestatis et Consulum. Si vero ignoretur, tunc ad faciendum ipsum contumacem ut contra ipsum possit procedi, fiant tres proclamationes in plathea Prate, quarum quelibet contineat spatium XV dierum et similiter ter citetur et proclametur ad domum sue habitationis, et si fuerit contumax procedatur ut supra.

Item ~~Item~~ statuerunt quod omnes pene tam corporales quam pecuniarie de quibus superioribus capitulis fit mentio, arbitrio Potestatis et Consulum possint augeri et minui secundum qualitates personarum, delictorum, locorum et temporis.

Item Statuerunt et ordinaverunt quod nullus de Prata vel Comitatu audeat vel ~~presumat~~ sumat incidere ligna causa faciendi carbones in nemore Paruppe et si quis contrafecerit et repertus fuerit ducendo dictos carbones vel ligna extra Comitatum Prate, perdat boves cum curru et si non repertus fuerit et postmodum pervenerit ad notitiam domini Potestatis, cadat in penam librarum quinque parvorum, cuius pene medietas accusanti vel accipienti et alia medietas Dominio applicetur.

Item Statuerunt et ordinaverunt quod nullus forensis audeat incidere in nemoribus Comitatus Prate vel clausuris aut campis neque cum bestiis pasculare, quod si repertus fuerit quisquam incidendo aut extra Comitatum ducendo, perdat boves cum curru, et si pasculando perdat libras V parv. pro singula bestia, cuius pene medietas recipienti vel accusanti et alia medietas Dominio applicetur.

Item Jacobus preco Comunis Prate de mandato d. Bianquini comitis Prate et de consensu aliorum Dominorum dicte terre clamavit alta voce supra plathea Comunis, quod nullus de Prata vel Comitatu audeat vel presumat ducere vel

portare aliqua victualia cuiuscumque conditionis existant extra terram sive terrenum Prate, quod si quisquam repertus fuerit, si quidem ducendo perdat victualia et ultra hoc soldos centum parv.; et si portando in dorso perdat similiter victualia et ultra hoc frix. XL, cuius pene medietas accipienti et alia medietas Dominio applicetur.

Et si quisquam terrigena eiusdem Comitatus fraudoloso modo tractaverit quod aliquis forensis ex certa scientia duxerit vel duci fecerit extra dictam terram vel terrenum victualia ut dictum est de Prata vel Comitatu repertus fuerit, supradicti puniantur penis et quicumque eorum tam forensis quam terrigena in totum integra pena subiaceant.

LXXIV. De mulieribus.

Item statuerunt quod nulla domicella sive vidua cuiuscumque conditionis existat terre Prate vel Comitatus que debeant maritare audeant vel presumant se ipsas absque consensu patris, matris, fratris si habeant vel barbani vel alterius persone ad quam spectet earum cura se ipsas maritare vel alicui promittere de connubio facturo vel presenti vel fidem promittere, taliter quod si maritari volunt, debeant maritari per patrem, matrem, fratrem, barbanum vel alias personas ad quas spectet earum maritare, quod si fuerit contrafactum privetur predicta vel predicte de omnibus suis iuribus dotium vel contradotium ac hereditatis cuiuscumque ad eam vel ad eas devolvi debentibus venientibus ab hereditate vel ab intestato parentum suorum vel extranee persone, taliter quod de predictis nichil habere debeant sed priventur omnino ipso iure. Illi vero vel ille qui hoc tale vel taliter tractaverint, ut supradictum est, cadant ad penam L librarum vel pedem proprium vel manum amittant. Laus Deo semper.

Ego Joannes Varisius, Pudliensis publicus imperiali auctoritate Notarius et olim Brugnarie Cancellarius suprascriptum exemplum Statuti Prate quo antiquitus et de presenti utitur in oppido Brugnarie uti Statuto predicti loci, cum nullum aliud sit Statutum de verbo ad verbum ex originali Statuto veteri fideliter exemplavi, exceptis aliquibus

verbis caducis que non possunt legi nil addendo vel minuendo quod sensum mutet aut variet intellectum, in premissorum fidem signo et nomine meis solitis appositis consuetis.

Il notajo Giovanni q. ser Giovanni Battista di Porcia rogò atti in questo luogo e nei vicini dall'anno 1542 al 1582.

Trascrizione dello Statuto di Prata fatta sulla copia eseguita dal notajo Giovanni Varisco di Porcia, esistente in codice cartaceo in 4 nell'Archivio del Conte Hermes di Porcia nel castello di Porcia, dal dottor Vincenzo Joppi, Civico Bibliotecario. Compita il giorno 9 Agosto 1895.

1) Constituimus et ordinamus quod diebus scilicet lune et die sabbati reddatur ius comune excepto quod pro forensibus, malefitiis, affitibus, laboreriis et dotibus omni die reddatur.

In primis octo diebus ante Nativitatem Domini et octo diebus post ipsam Nativitatem;
in quatuor festivitatibus sancte Marie Virginis;
in diebus Dominicis;
in festivitatibus XII Apostolorum;
in festivitatibus quatuor Evangelistarum;
in Epiphania Domini;
in festo sancte Agnetis;
in Conversione sancti Pauli;
in festo sancti Blasii;
in festo sancte Agate
in Cathedra sancti Petri
in festis quatuor Doctorum videlicet Gregorii, Ambrosii, Hieronimi et Augustini;
in festo sancti Benedicti;
ante Resurrectionem Domini diebus octo et diebus octo post;
in festo sancti Georgii;
in festo sancti Marci;
in festo Inventionis sancte Crucis;
in festo Assumptionis Domini;
in festo Pentecostes et duobus sequentibus diebus et duobus ante;
in festo Corporis Christi
in festo sancti Barnabe;
in festo sancti Joannis Baptiste;
quindecim diebus ante festum sancti Petri et quindecim post propter messes cesset iuditialis ordo;

1) Segue nello stesso carattere dello Statuto.

in festo sancte Margarete;
in festo sancte Marie Magdalene;
in festo sanctorum Hermacore et Fortunati;
in vinculis sancti Petri;
in Inventione sancti Stephani;
in festo sancti Laurentii;
in festo decollationis s. Iohannis Baptiste;
in festo exaltationis sancte Crucis;
in festo XI mille Virginum;
in festo Omnium Sanctorum cum die sequenti
in festo sancti Martini;
in festo sancte Catherine;
in festo sancti Nicolai;
ante festum sancti Michaelis propter vendemias quindecim diebus ante et quindecim post et cesset iuditialis ordo.

viveva nel 1355
Nob. Biaquino di Prata + 1384

Cav. Guecello 1376. altro Vecello 1358 q. Co. Gabriele
Nicolussio 1409 o del q. Co. Gufredo (1366–1390.
Manfredo + 1366 del q. Co. Bartolomeo.

Guecelletto		del q. Co. [illegible] di Prata
Artico	1353–1376	
Gerardo	1345–1353	
Rizzardo	1384	

[illegible]

1 Angelini cav. Giovanni fu Michele

2 Brisighelli Valentino fu Giovanni

3 Canciani Leonardo fu Marcelliano

4 Cantoni Lazzaro fu Giacomo

5 Carlini Cesare fu Gio. Batta

6 Casasola dott. Vincenzo fu Giovanni

7 Diana Lodovico fu Giuseppe

8 Gaspardis Paolo fu Giuseppe

Statuto di Prato

XIII. galtata = ceffone

XXX britisellus = canna da pescare

XL zirrachius = chirurgo